librariorum operam male ſedulam, dantium modum optat., ſed diverſae formae, vulgaris alterum, alterum Atticae, cuius poſtr. ultima ſyllaba per ſe exciderit ob ſq. ſimilem, ut in primo obvenerit confuſio litterarum; unde aliquoties praebuere Mss. contra indicat. loco vulg. optat. cf. 2, 10, 13. 2, 3, 20., nihil dirimente P. impf. coniunct., quia cum ſenſu praeſ. pro impf. conſecutionem temporum Lat. obſervarit cum Bg., non obſervatam a Gr., cf. in rectionem v. π. cum pr. δ. 1, 17, 20. et ſimile Stp. Th. 2, 62. G. m. ex Ariſtot. τοῦτο πάσχουσι διὰ τὸ λ.

ἀνέμενε τ. φ.) Bg. e P. in iunctis per analog., per ſubſt. etiam in particip. fut. cf. 1, 4. 8., ſed in rectionem v. cum acc. perſ., ignotam Stp. Th., ap. Dem. Tum unius Ms. Ba inſertum τὸ, hic quidem poſt plura particip., facit aliam verborum ſeriem, ut illa particip. pr. cohaereant non cum ſq. v. ἀνεμ., ſed cum pr. v. ἐκαν., ut que copula in τῷ τε non iungat verba duo finiti temporis, ἐκαν. — τὸ — ἀνεμ., ſed referatur ad καὶ proximum ante ὡς, nil ita perdente ſententia, at P. etiam manente in vulg. cum rel. Mss.

ὁ δὲ Μαξ.) Manifeſto variatur cum §. 11. αὐτοκράτωρ ὑπὸ πάντων ἀναγορ., ut Σεβαστὸς ſit pro ſyn., cf. 6, 8, 10. ἀνειπεῖν αὐτοκράτορα καὶ Σεβαστὸν τὸν Μαξιμῖνον, quocum variando hic ponitur ſolum, cf. 2, 8, 9. ad προσαγ. Lat. Bg., deſerto P., etiam a Sch. partim „appellatus Aug.“) it. in rel. ſqq., praeter Lat. ad τινὰς, cf. 5, 4, 19. in πέμπει — τοὺς φον. ex analog., ſed in P. liberum adv. ad φον. ſaltem per ſyn. 6, 8, 10. 5, 5, 15.

καὶ εἴ τ.) Scribo ἀνθίσταιντο, *Steph.* Etiam Leisn. in Ox. ſupra vulg. ſcripſit illud Gr. Stp. et in m. Ms. Bg. „leg. ἀνθίσταιντο cum Stp.“ qui correxerit e P. iterum, ſequente Lat. conſecutionem temporum rurſus, a Gr. neglectam, in primis, cum opprimant ſaepe ſuum ἂν, notionem coniunct. modi tenens, maxime in impf. (quod Sch. ſevere dat, partim e P. „*vim* contra *faciebant*“) et poſt εἰ, cf. 1, 17, 27. e. εἰ μὴ κατ. it. ad Vig. p. 470. Nr. 8. cum p. ſq. b. Nr. 5. 489. b. m. 491. i. p. ſq. b. Nr. 4. Hoog. Op. p. 78. Nr. 4. 6. p. ſq. i. m. 93. Nr. 7. 323. e. 328. e. it. in εἴ τις p. 365. Nr. 19. cum Dev. p. 52. m. 117. m. 119. i., deferente Bg. ad εἴ τιν. cum ſe, tum P. (cf. 6, 7, 17. 5, 5, 13. 5, 6, 20.) it. ad

τῶν σὺν αὐτῷ. οἱ δὲ, ἀφικό- 14. cum ipſo eſſent. Illi
μενοι καὶ ἐπιπηδήσαντες τῇ vero, ubi venerunt et inſilie-

v. ἀνθ., tum libertimum in oppreſſo membro τῶν σ. ἀ. manco iterum per variationem cum §. 3. οἱ σὺν ἀ. ςρατιῶται, qui aliquot ſaltem manſerint ap. Alexandrum; quanquam et in formula late patente intelligentur aulici miniſtri cum amicis et conſiliariis, qui et mox videntur tangi in φίλοι καὶ τίμιοι.

οἱ δὲ, ἀφικ.) Vide paulo aliter hunc exitum Alexandri memoratum Lampridio 61. ſq. *Boecl.*

Lampr. locus iam eſt a c. 59. e. p. 1028. *multi* dicunt, *a* Maximino *immiſſos* tyrones, *qui ei ad exercendum dati fuerant*, eum *occidiſſe*: multi *aliter*; *a militibus* tamen *conſtat*, qui deinde c. 61. i. p. 1030. *quum* dormiret *poſt* convivium *hora* diei *fere* ſeptima, *unus* ex *Germanis* —, ſed c. 62. e. p. 1033. *nam* et *gladio* barbarico, *et* ſcurrae *barbari* manu — *periit*, quo de ſcurra, i. e. uno e corporis cuſtodibus et ſatellitibus, v. ib. Salm. N. cf. ap. Noſtr. 6, 8, 15. e. τοὺς συνόντας ἐκείνῳ ςρατιώτας καὶ φρουροὺς τοῦ σώματος, ſed Capit. in Maxim. c. 7. T. 2. p. 24. *ſubito immiſſis* militibus, *ut* quidam *dicunt*, ab *ipſo*, ut *alii* a *tribunis* barbaris, *Alexander* ad *matrem* fugiens *interemtus eſt*, Maximino *iam* imperatore *appellato*, ubi nulla N. reſpicit huc ad Noſtr., diligentius definientem perſonas, dum Angli ap. Heyn. H. 4, 1083. ſequuntur varios ſcriptores, in N. laud. Sed P. hic in οἱ δὲ, ut Bg. alibi, cf. 3, 12, 25., qui iſtius libertatem rel. deſerit, (in omiſſo v. ἀφικ. et addito ad ſq. ἐνχειρ. adv. cf. 5, 4, 23. e.) faciens cum Sch. fere in „Illi. cum *inſiliiſſent* in *tab.*“ ubi cum P. tamen Stp. Th. et Poſſ. Call., per analog. cum noſtro dat. rei, praeter allata ſupra 4, 13, 13. i. πηδᾶν, reperiente me tantum ap. Sb. Ind. poſt noſtrum locum ſine Vs. „ſic 880, 18.“ in Excp. e Suid. Λούκιός τις Ἐπίσκοπος — παραχρῆμα ὡς λύκος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπεπήδησεν, *ſtatim* — in *eccleſiam* impetum *fecit*, ſed ap. Suid. 2, 727. e. *eccleſiam* ſubito *invaſit*, cf. Thuc. 83, 60. ὁ δὲ ἀφικόμενος, λ. ille *vero* eo *profectus*. In ſq. εἴ τιν multo liberior P., quam §. pr., oppreſſo etiam v. δὲ., ubi Bg. explet inf. v. ſubſt., (variando omiſſum, cf. 5, 8, 16. e. ὅσοι — ὑπηρέται — ἐδόκουν εἶναι λ.) reddens de ſuo τιμ., ut 6, 8, 9. e., ubi Stp. Th. 3, 1561. B. m. poſt Vs. P. „ubi τίμιοι poſſit etiam iungi cum ἐκείνῳ, ut τίμιοι ἐκείνῳ ſignificet, quos prae caeteris in honore et pretio habebat; velut et ap. Thuc. l. 8. βουλόμενος αὐτῷ τιμιώτερος εἶναι“ ſine Ind. 554, 71. quod *apud* illum *in* maiore *honore* eſſe *cuperet*, pro quibus brevior Bg., etiam prae Cl. ap. Hom. Ὀδ. κ', 38. ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν Ἀνθρώποις, ut *hic* omnibus *gratus* et *magni pretii* eſt *hominibus*, qui Cl. et in gradu cum P. peccat, dum Noſter e poëta aut Lat. copulet ſyn. e diverſo tropo, ut noſtrates *lieb* und *werth*, ut primum φιλ. innuat affectum animi merum, ſed τιμ. affectionis iſtius cauſam veluti que fundamentum ac fulcrum, in rebus, pretio ac honore aliquo dignis, h. e. virtutibus, dotibus animi et meritis aliorum, cf. G. Th. in Bg. cum Gr. n. „quod *magno pretio* emitur, contrarium *vili*, — *cara* etiam dicuntur, quae diligi et amari adeo, indicare volumus, (ſi quidem ſolum ſtat,) — Cic. dederitis *mihi* comitem *ad* concionem *populo* Rom. *carum* atque *iucundum* — *omnium* ſocietatum *nulla* eſt *gratior*, nulla *carior*, — (cf. 779, 11. 17. 20. 22. ſq. 39. ſq.) fratris *cariſſimi*

Digitized by Google

σκηνῇ, αὐτόν τε ἀναιροῦσι καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἐδόκουν ἐκείνῳ φίλοι καὶ τίμιοι [a], πλὴν τῶν [b] πρὸς ὀλίγον φυ-

runt in tabernaculum, et ipſum interficiunt et matrem, et, ſi qui viderentur illi eſſe amici et cari: exceptis, qui pau-

a) Comma hoc in Ba. 1. al. pro puncto A. al. et colo Stp. rel. b) τῶν ὀλίγον Ms. Ve. v. N.

et *amantiſſimi, — homines* mihi *cariſſimos* et *amiciſſimos*" quibus add. Ind. Iuſt. et Ter. *ſuavia* et *cara*, it. Sall. Iug. 70, 2. carum *acceptum*que *popularibus ſuis*, cum N. Cort. et ib. 12, 3., ſed in Gr. τιμ. de perſ., praeter illud τίμιε, *domine*, The. Fi. et Caſ. cum Gs. Chr., quoque Xen. Z. Pol. cum Bg., it. Bach. ex Oec., ubi 7, 42. ἀτιμοτέρα opp. τιμιωτέρα, ſed cum dat. perſ. Poſſ. Sy. L. N. T. ex Act. 5, 34., tum ap. Luc. 1, 121. l. 9., ſed cum gen. pretii ap. Plut. Hs. 7, 15. ἀνθρώπους τοὺς μηδενὸς τιμίους αἱροῦνται τοῖς τέκνοις παιδευτὰς, *magiſtros* eligant *homines* nullius *pretii*, it. cum pr. παρὰ τῷ βασιλεῖ D. H. S. T. 1. 186, 8.

πλὴν τῶν πρὸς ὀλ.) Pol. (paulo *ante*) legit πρὸ ὀλίγου. *Sylb.* qui et in Ind. in v. πρὸς extr. „πρὸς ὀλίγον pro πρὸ ὀλίγου" unde Sch. in vulg. praep. „Sb. putat poſitum pro πρὸ ὀλίγου, ut et Pol. vertit —" dum Sb. mens, ex ipſius perpetua ratione ac brevitate, eſt ambigua, ut non conſtet, correxerit ne, an explicarit; etſi Leisn. ad 1, 10, 4. p. 386. in N. ad εὐεργ. — προηγ., agens de confuſis pr. πρὸς et πρὸ, tandem ſubiungit „ſic 6, 9, 12. (e vet. diſtinctione) Sb. vult πρὸ ὀλίγου pro πρὸς ὀλίγον." Quae formula poſtr. duas tantum notiones habet, unam *temporis*, ſed non praeteriti, nec adeo pro P. illis Lat., verum durantis adhuc, ſuccedentis et abeuntis, et inde pro Lat. Bg. hic cum Memm. aut ſyn., cf. ad 1, 6, 20. e. quibus add. Ael. V. h. 12, 63. cum Bg., ſed Luc. 1, 248. l. 18. *paululum*, et Geop. 4, 15, 8. *ad* modicum *tempus*. Verum alteram notionem *modi* ſumit Doctiſſimus Niclas ad eosdem Geop. 7, 12, 21. ἐλλέβορος μέλας καὶ λευκὸς πρὸς ὀλίγον ἐμβαλλόμενος καθαίρει τὸν οἶνον. veratrum *nigrum* et *album* modice *iniecta* vinum *purgant*, quae notio et firmari poteſt e Geop. iisdem 2, 15, 1. πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς, ἔν τινι τόπῳ ἀπὸ ἑκάστου σπέρματος πρὸς ὀλίγον μέρος — σπείρουσιν, *paucis* diebus *ante* caniculae *exortum* in quopiam loco *de* unoquoque *ſemine* paululum — *ſerunt*, ubi quippe apparet plena formula, ſed per ſolum ſubſt. μέρος, (cum in notione priori expleamus vulgo ſimul gen. temporis, μέρος τοῦ καιροῦ ſ. χρόνου, cf. ſupra ad 1, 6, 20. e.) ubi Lat. procedant *modica* ſ. *exigua parte* ſ. *portione*, it. fortaſſis cum praep. *minuta ex parte*, cum aliter dicantur ap. G. Th. et Schell. L. ſevera in utr. ſubſt. Lat. *ad* ſ. in *partem* ſ. *partes* et *portionem*; tenente L. Boſ. nec notionem nec ellipſin hanc. Iam, ut poſtrema notio formulae de *modo* non valet hic ap. Noſtr., ſic nec illa P. ob adiuncta λαθεῖν δυνηθ., quae iſte propterea libere dedit, (ut et alterum φυγ. it. pr. πλὴν, quod Bg. ſervat, pro ſeveris *praeter* illos, *qui*,) deceptus forſitan ita, quod in ſuo Cod. habuit lectionem Ms. Ve., h. e. nudum adi. ὀλίγον, quod ipſum tamen non patitur alias notiones, quam illas in plenis per praep. quandam, ἐπὶ, κατὰ et πρὸς, cf. ad 1, 17, 23. et alibi, quibus add. L. Boſ. Ell. p. 85. i. 381. i.; ſive orto illo Ms. hic per ingenium librarii, variaturi pro pleno vulg., ſive per lapſum, ut

γεῖν ἢ λαθεῖν δυνηθέντων c, οὓς πάντας μετ' οὐ πολὺ ὁ Μαξιμῖνος συλλαβὼν d ἀπέκτεινε. τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον e κατέλαβε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, βασιλεύσαντα f ἔτεσι τεσσαρεσκαίδεκα, ὅσον

liſper effugere aut latere potuerunt: quos omnes haud multo poſt comprehenſos Ma-
15. ximinus peremit. Finis nempe talis contigit Alexandro matri que, cum imperaſſet annos quatuordecim,

c) Hic punctum in A. al. et colon in Pat. d) Comma hic in A. al. e) τοιοῦτο, Ms Ba. per aliam neutrius formam, cf. 5, 2, 6. i. et 2, 5, 16. f) βασιλεύσαντος Ms. Ve. mendoſe, e confuſis α et ος, cf. 6, 7, 4. e.

ſine conſpicua cauſa excideret praep., ut aliae voces ſimiles ſubinde, πῶς 3, 12, 21. it. ποῦ 4, 14, 1. et πρὸ 5, 4, 19. e. ſicut noſtri Mss. omittunt praep. tum alias, ut ἐν 2, 2, 22. e. tum noſtram πρὸς 3, 10, 14. Cum que Mss. bini maneant in vulg. et hoc vulg. ſententiam faciat commodam, id que per omnem contextum et adiuncta omnia: dicetur P. iterum aberraſſe una cum Sb., utramque in partem, ſive corrigens, ſive explicans, etiam ob relatum in ſq. μετ' ο. π., ubi Bg. = P., ut 5, 6, 5., ſed, deſerto iſto, ad φυγ., ut 2, 1, 23., ſed ſeverius alibi, cf. 3, 7, 8. e. et in variationem Noſtri 6, 5, 21. e. δυναμένων, qui per analog. in iuncto πρὸς ὀλ. cum utr. v., it. in μετ' ὀ. π. cum alterutro v., quorum συλλ. alio ordine poſuit Bg. cum P., ſpretis iſtius libere additis, tum, adv. poſt pron. οὓς, (etſi ſaepe adverſativa aliqua, ut h. l. ὅμως ſ μέντοι in pron. hoc cogitanda, ut in Lat., nihil in talium ellipſes monente L. Bol., nec in Lat. G. Th. L. Schell. Hor. T. aut Indd. nec Gr.) tum pron. αὐτὸς, quod plane otioſum, niſi et ambiguum, cum hic Maximinus per alios necarit.

τέλος) Vid. ſup. l. 5. c. 4. ad finem (§. 24.) et Hoog. ad Vig. c. 8. ſ. 8. r. 10 *Stroth.* qui voluit reg. 11. ed. Z. p. 521. „eſt et particularum μὲν δὴ uſus in orationum clauſulis. Herodi. ſub fin. l. 6. τελ. — κατέλαβεν (ſic) τὸν — μητ. *hunc* exitum *habuerunt* Alexander *eius* que *mater*" ubi H. libere opprimit particulam utr., ut P. hic, ſed Bg. modo unam μὲν, cf. 5, 4, 24., reddens, deſerto P., formulam fere, ut 2, 5, 16.

βασιλευσ. ἔτ.) Praeter allata ad §. 10. m. μειρακ., habeo e Lampr. c. 60. i. p. 1028. e. imperavit *annis* XIII. *diebus* IX., ad quae, repetita ab Angl. ap. Heyn. H. 4, 1083. m., monuit in Caſ. N. 3. „Eutropius diem detrahit. alii vero aliter" ſed Eutr. 8, 14, 4. τρισκαιδεκάτῳ τῆς βασιλείας ἔτει, *tertio decimo* imperii *anno* et *die* VIII, tum Aur. V. de Caeſ. 24, 7. neque *ultra* annos *tredecim* imperio *functus*, denique ad Dion. C. p. 1368. §. 1. prorſus cum Lampr., etiam in vitae annis, cum monito tamen" ſed alii aliter „dum variat Noſter cum §. 5. βασιλεύοντι τεσσ. ἔτ. per ordinem, ſed aliter cum 6, 2, 1. ἐτῶν τρισκαίδεκα — τὴν βασιλείαν ἀμ. διῴκησε, it. 6, 1, 15. εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον — ἐλάσας τῆς βασιλείας ἔτος, ἀναιμωτὶ ἦρξεν, ut per adiunctum cum 3, 15, 5. ἐσ. πρὸς τὰ πολεμικά, ubi Sb. plene, ut Bg. hic, deſerens P. breviorem, at longiorem in ἀμ. cf. §. 5., ubi huius pron. liberum modo omiſit Stp. Th.

gitized by Goo

πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωτί. Φόνων τε γὰρ καὶ ὠμότητος, ἀκρίτων τε ἔργων ἀλλότριος ἐγένετο [g], εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον [h] ἐπιῤῥεπής. πάνυ γοῦν [i] ἂν ἡ Ἀλε-

quod ad ſubiectos attinet, ſine querela et ſine ſanguine.
16. A caedibus enim et crudelitate iniuſtis que factis alienus fuit: atque ad humanitatem et beneficentiam pro-
17. penſus. Prorſus utique

g) Hic punctum in A. al. h) εὐεργετικὸν Ms. Ba. v. N. i) πάνυ οὖν Ms. Ba. v. N.

ſervans adv., ad καὶ ſuppletum, vel hoc καὶ acceptum ſenſu explicandi, cf. 5, 2, 5. quo nec hic opus.

φόνων) Repetit Noſter eandem primo cauſam, variando tamen brevius que, cf. 6, 1, 15. ſq. deinde et laudem, cf. ib. §. 14. ἦθος — εἰς τὸ φιλ. πάνυ ἐπιῤῥεπὴς, dum Bg. e P. negligit modo primum τὲ, ut 1, 15, 9. in τὲ γὰρ, relato, opinor, ad proximum καὶ, ſervans Latt. quaedam deinceps, at diverſus ad ἀλλ. cum iunctis per analog., cf. 2, 4, 5. e. it. in ἐργ. cum ἀκρ., ubi Sch. in utr. ed. Bc. „iudicio *legitimorum* decretis *operibus*" per depravationem, credo, pro *indicio* legitimo *non decr. op.*, quae redeant ad illa 6, 1, 16. ἀκρίτως φονευθέντα, et ad brevius Bg. (ignoratum a Stp. Th., at procedens e conſequente,) in cuius Ms. cum Leisn. ceruſſa ſcripſiſſet „ſ. et" videns, deeſſe copulam: tamen reſtitui potius ſeverum *que*; etſi P. copulam quoque ignorat, liber ille et in hac regione et in εἴς τε „ad *hum.* videlicet *ac* benevolentiam *propenſus*" quaſi acceperit hanc enunciationem pro cauſa prioris, et legerit γὰ, ſicut copulam vulg., ſaepe cum iſta confuſam, alibi quoque reddit per ſuam hic particulam, cf. 2, 15, 1. 1, 10, 14. e. aut per ſyn. *ſcilicet* 2, 11, 6. 2, 6, 1. m. Sed procedit etiam vulg., praeter libros omnes, oſtenſum quoque a Bg. per liberius Lat., cf. 3, 13, 4., qui tamen rectius dedit εὐεργ., quam vel P. vel Sch. „ad *maiorem* benevolentiam *propenſus*" quoniam gradus comparat. valet hic iterum pro poſitivo, quocum et iunctus, cf. 1, 1, 6., per gloſſam idem innuente auctore Ms., qui et 4, 9, 6. in copulato poſit. cum ſuperlat. tentabat ultimum in poſit. Sed Stp. Th. 1, 1230. E. „τὸ εὐεργετικὸν neutr. gen. (pro ſubſt.) beneficentia, *ad* benefaciendum *proclivitas.* Herodi. l. 6. εἴς τε — ἐπ." ſine Vs. hinc tantum, ut L. Ern. modo „τὸ εὐεργετικὸν, beneficium, *beneficentia*" omiſſa notione illa Stp. poſtr., quae per ſe quidem procedit e finitione adiectivorum in κος, ſed tamen non apta eſt noſtro loco ob adiunctum adi. ἐπιῤ., ut hinc ampliari poſſit iſta notio adi. talium, ut contineant 1) facultatem ſ. aptitudinem, cum peritia, 2) ſtudium et proclivitatem, ſed et 3) ipſam virtutem, animi que affectionem, atque adeo actum; reperiente me ſola haec, pro adi. de perſ. ap. Gat. Ant. et Diod. 2, 385. l. 38., ſed pro ſubſt. cum praep. ib. 1, 29. l. 70. τὴν Ἶσιν — ἐπιδεικνυμένην — τὸ πρὸς τοὺς δεομένους τῶν ἀνθρώπων εὐεργετικὸν, *promtam* indigentibus *bene merendi* facultatem *exhibeat*, quem Noſter, ut alibi, per analog. reſpexerit.

πάνυ γ. ἂν) Hic particula ἂν mutat ſignificationem indicativi in ſigni-

Digitized by Google

ξάνδρου βασιλεία εὐδοκίμησεν Alexandri principatus proba-

ficationem coniunctivi. Sed ſaepe convertendi hanc vim non habet. Exempla collegit Per. ad Ael. V. h. 12, 63. (p. 832. N, 3.) v. Vig. p. 347. *Leisn.*

E quo Vig. pertinent huc p. 464. Nr. 5. et p. 471. a. e) exempla particulae ἂν cum aor. indic., qui, pro arbitrio, vertitur per coniunctivi aut impf. cum Bg., aut pluſq., ut Bg. alibi, cf. 5, 3, 14. et hic P. cum Stp. in m. Sed Bg. ad γοῦν ſenſu affirmandi, ut ſupra per ſyn. *ſane*, cf. 6, 1, 15. it. *certe*, cf. 3, 8, 14., Ms. tentante in contrariam partem, ac 2, 14, 10. aliter que, quam 3, 5, 5. hic quidem e gloſſa, cf. Hſy. 1, 853. e. γ., τοίνυν, quo ſenſu et P. ceperit per ſuum *quapropter*, ſyn. illi 5, 1, 7. *igitur*, et ipſe hic ſumo. Tum Bg. v. εὐδ. (hic ſine augmento, cf. 6, 1, 7. e Joſ.) ut alias, cf. 2, 7, 8., deſerto P., ubi Noſter ex analog. de re et cum dupl. adiuncto, cf. Rs. O. V. 4. Dem. Iſ. Ev. e c. 3, e. p. 8. l. 7., ſed cum aliquo adv., ib. (Luc. Xen. Z. Pol. ex E. 1, 6. it. Cyr. ex 7, 1, 47.) ſed cum pr. κατὰ ej. Pan. M. p. 32. i., ut cum alia et cum dat. perſ. ap. Ael. V. h. p. 105. i. εὐδοκίμει δ' οὖν αὐτῷ τὸ δρᾶμα, *conſecutus eſt* igitur *ex* hac *fabula* magnam *gloriam*. Iam Stp. Th. 2, 246. F. „in Pandect. G, — βεβαιοῦται εἰς ὁλόκληρον ἡ ποινή, *poenam* integram *committi*, (e Bud. C. 291, 42.) Herodi. l. 6. ἡ 'Αλ. β. ε. εἰς τὸ ὅ. in *totum*, ut Plin. loquitur: *omni ex parte*" ut in m. P. liberrimi „*omni* igitur *ex* parte *laudatum fuiſſet* Alexandri *imperium*" omiſſo igitur adv. πάνυ, ut Sb. Ind. modo haec „εἰς τ. ὅ. εὐδ. — ſic εἰς ὅλ. *perfecte*" e Zoſ. 5, 41, 8. ἀδυνατήσας εἰς ὅλ. ἅπαντα συναθροῖσαι, quum *nequiviſſet* in *ſolidum* omnia *cogere*, tum Kypk. 2, 27. πηροῦται τὸ ὅλ., mutilatur, *quod* integrum *eſt*" ex Anton. ſine Ind. 5, 8. e. p. 149. in Vs. Gat. *mutilatur* integrum *ipſum*, i. q. pr. τὸ ὅλον, ſed G. Th. ſine Gr. „*ſolidus*, — 2) interdum ſine adiuncto, velut ſubſtantive ponitur" cum Bg. formula ſine explic., quae, ut ſyn. Stp. ante, pro adv. valeat *ſolide*, et cum pr. adv. πάνυ in periphraſi ſuperlat. pro *pleniſſime*; concurrentibus in Gr. iterum affinibus in πάνυ — εἰς ὅλ., ut antea ap. Zoſ. εἰς ὅλ. et ἅπ. ſupra que 6, 2, 6. πᾶσαν ὁλοκλ. Verum, ſumta vi nobiscum illa in γοῦν, adv. πάνυ per ſe capias etiam, pro que Lat. aliquo e notione affirmandi, ut *ſane*, (quod e Gr. noſtro veniſſe, non monebat G. Th.) it. *certo*, ſ. *profecto*, quas notiones et Bg. adv. habet ap. Schell. L., ſed ap. G. Th. cum Gr. n. modo ambiguum illud *omnino*, adhibitum ab iſto ſupra 2, 10, 11. ad πάντως, me reperiente, praeter alia ſuperius data, etiam e Dem., nunc porro haec in adv. πάνυ, in rem critic. Fi. Plat. Phileb., ſed ſolum ap. Suid. Aeſch. ep. S. et Rs. O. V. 8. And., cum artic. ὁ Barn. Eur., junctum ſeparatum ve a vocibus aliis Hom. Orph. D'Orv. Ch. p. 31. e., ſtans ante ſ. poſt adi. aut adv, Rs. O. V. 4. et Fi. The., copulatum cum aliis univerſe, ut οὐ πάνυ πολὺ Harl. Chr. P. it. πάνυ καλῶς, pro formula recuſandae invitationis, ap. Diog. L., ſed copulatum cum ſyn., per figuram ἐκ παραλλήλου, ut πάνυ σφόδρα, Ariſt. Plut. cum Schol. v. 25. et Rs. O. V. 7. Iſ. it. additum omnibus tribus adiectivorum gradibus ap. Poſſ. Sy., ubi p. 40. e. πάνυ πολὺ δοκεῖ σωφρονέστατος εἶναι, non modo cum alio ſimul adv. quantitatis ſyn., ſed et divulſum a ſuo adi., tum in varia ej. Call. Thuc. cum Abr. Dl. Fi. Ac. Xen. M. S. et Cyr. cui add. 1, 1, 1. 1, 4. 28. 1, 6, 4. 8. 15. Luc. Plut. Hs., ubi divulſum etiam 2, 8. πάνυ δὲ ἄξιον θεα-

εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο retur in ſolidum, niſi male

νῦν, ſed Sb. Ind. e Xiph. *ἐκ γὰρ τούτων καὶ πάνυ πᾶσι πάντως ἀπαλλαγή τις αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐνομίζετο*, quibus *ex* rebus *opinio* cunctis *iniecta* fuit, *mortem* eius *inſtare*, immo *ex his* enim *vel* maxime *omnibus* omnino *mors* quaedam *iſtius* futura *putabatur*, it. *πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας*, quod et ap Ael. V. h., ubi et *πάνυ σφόδρα καρτερὰ μάχη*, recte defenſum p. 834. N. 10., it. divulſum 2, 4. p. 76. i. *πάνυ σφόδρα τῶν δορυφόρων ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα φυλαττόντων*, tum, praeter *πάνυ* cum Bg. 1, 5., quoque per contractam Vs. in unum Lat. 2, 16. *πάνυ σφόδρα πεπαιδευμένως*, *ſapientiſſime*, it. Fa. Aeſ. Hs. „*πάνυ κακῶς*, *peſſime*" Caeterum Sch. in pr. „*εἰς τ. ὁλ.* in *univerſum*" non commodum videtur, quoniam fere alio ſenſu dr., non explicante G. Th. in praep. 10:8, 20. ſqq., cf. Schell. L. v. *univ.* e.

εἰ μὴ διεβ.) niſi *mater* eius *ob* avaritiam *et* ſordes *male* audiſſet. *Steph.* niſi *ob matris avaritiam et* ſordes *male* audiſſet, *Sylb.* Iam aliquoties ſupra hoc annotaverat (6, 1, 16. e. ſqq. 6, 8, 9. 6, 9, 9. ſqq.) Et tulit quidem filius iſta, *matris* cultu *plus* quam *pius*, ut eleganti ſchemate Victor in Caeſ. ait 24, (5. cf. Noſtrum 6, 1, 22. ſqq. 6, 9, 10.) v. ſi lubet, quae notavimus ad Tac. 1. A. 10. annot. 14. *Boecl.*

Etiam Leisn. in m. Ox. „leg. *αὐτοῦ*, vel dat. incommodi" at Sch. in v. „*δι. αὐτῷ ταῦτα εἰς φιλ.* ob haec male audiit avaritiae *notâ*, (ſed in artic.) *τὰ τ. μ.* matris *acta*" expleto particip. aliquo, ut *πραττόμενα*, *πεπραγμένα*, λ. aut ſubſt. illo *πράγματα* ſ. *ἔργα*, cf. L. Boſ. Ell. (pro quo hic quidem procedat quoque *ἤθη*, tacente L. Boſ.) propius accedens ad Sb. rationem, qui retulit totum ad Alexandrum, ut oblique P., ſed contra Bg. cum Stp. in m. ad matrem eius, ſumendo periphraſin in Gr. formula, pro *ἡ μήτηρ διεβ.*, qui Bg. tamen ſervat ſimul dat. perſ. pron. *αὐτ.*, non tentandum illum, ſed explicandum cum Leisn., et hic in paſſ. v. *διεβ.* per analog. aliter iunctum, quam in illo ſupra ad 1, 8, 17. e. *τοδε ἐφ. λ.* p. 328. e N. T. *οὗτος διεβλήθη αὐτῷ*, ubi erat modo dat. obiecti, cf. Rs. O. V. 6. (ſupra que ad 5, 6, 1.) et 8. And. qualis et in med. per notionem v. aliani, pro odiſſe, etc., cf. ad Herdt. p. 466. N. 51. it. ad Thuc. p. 554. N. 79. cum p. pr. l. 49. p. 558. N. 44. p. 574. N. 3. et ad Diod. 1, 104. N. 1. cum Ind. Ael. et Thom. M. Sed h. l. eſt dat. incommodi, ut de re quoque ap. Luc. 2, 146. l. 62. *βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ διαβληθῆναι*, ſq. explicat., *quod* firmari *mihi* volo *praemio* illo *rem* bene *geſtam*, nec *detrahi* de *illa*; unde ſenſus h. l. ſit, *niſi* matris *actiones* mores que *cum* infamia *imputatae* eſſent *ipſi* pro *avaritia* et *ſordibus*, ſ. niſi matris actiones cum damno ipſius infamatae eſſent exprobratae ac reprehenſae pro propria avaritia et ſordibus; ſ. niſi mater cum damno ipſius infamata eſſet ob avaritiam et ſordes; dum reſpicit Noſter maxime §. 9. ſq. 6, 8, 9. *φιλοτιμ.* et 6, 1, 18. *διέβαλλεν ἔσθ' ὅτῃ τοῦτο τὴν ἀρχὴν*, λ. et ib. §. 24. *τοῦτο ἄν τις μόνον ἔσχεν ἐγκαλέσαι αὐτῷ*, λ., varians per adiunctum iterum ſubſt. cum §. 9. *διὰ μικρολ.*, ſed cum ſuperiorum locorum *φιλοχρηματία* et *τὸ φιλοχρήματον* (cf. 6, 1, 16. e.) per *φιλαργ.* quo de v. Suid. Hly. L. N. T. cum Suic. Diod. Luc. Fa. Aeſ. Hs. et ej. Plut. cum Krg. it. Phil. p. 754. B. e. ac ſine Ind. Ioſ. 2, 199. ſ. 6. m, tum in v. *διαβ.* cum pr. *εἰς* ſupra ad 4, 12, 4., ſed in huius paſſ. cum pr. *ὑπὸ* Di. H. S. T. 1. Gs. Chr. Thuc. 327, 77., ubi et ſimul cum pr. *περί*, ut ib. Ind.

αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ μικρολογίαν [k].	audiviſſet ei mater ob avaritiam et ſordes.

k) Sola A. 1. hic ſubiecit ſuum Ἠρωδ. τ. μ. Μ. β. β. ἱστ.

cum pr. ἀπὸ, it. cum πρὸς et acc perſ., ut et ap. Polb. Poſſ. Call. et pro decipi ap. Koen. ad Greg. p. 254. N. 52., ſed cum adv. Phil. p. 762. e., ut per varia ap. Kypk. 1, 296., ubi et e Diod. „διαβεβλῆσθαι διὰ τὴν πλεονεξίαν, *male audire* propter *avaritiam*" ſine Ind. cui add. 2, 33. l. 33. it. Dem. cum adv. 722, 25. it. cum pr. ἐκ 133, 4. it. c. ὑπὸ 140, 23., ſed cum πρὸς et acc. perſ. 85, 18. 1430, 26., ſed in rem ipſam ap. Lampr. c. 64. p. 1036. e. *reprehenſa ſunt* in *Alexandro* haec, *quod — aurum amabat*, ubi Caſ. N. 7. „patriam in hoc prodebat ſuam. Syri enim avari audiunt paſſim ap. ſcriptores vett." non huc ſpectantibus Angl. ap. Heyn. H. 4, 1083. e. ſq. et Alexandrum modo praedicantibus, non culpantibus ulla ratione, cf. tamen, praeter Exc., *Zoſ.* 1, 12, 3. cum ipſo ſubſt. φιλ. et N. Sb.

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM VI.

6, 5, 11.

At Lampridius quantum differt? qui Alexandrum viciſſe Artaxerxem, boni que non tantum ducis, ſed et militis officio functum eſſe, Romam rediiſſe, triumphaſſe, tradit, additis in eius rei fidem *actis Senatus*, aliis que monumentis, in Alex. c. 55. ſq. *Adeo maxima quaeque ambigua ſunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent, alii vera in contrarium vertunt; et gliſcit utrumque poſteritate;* ut hic illud Tac. ex 3 A. 19, 3. non ſine cauſa, adhibeam. *Lampridium* tuetur, ut coepi dicere, auctoritas publica, dum ex actis ſenatus quaedam ad verbum excerpſit; item que conſenſus plurium. At *Herodiani* longe illuſtrior eſt in omni hiſtoria et induſtria et ſollertia, ut non credatur temere hic acturus fuiſſe; qualem ſuſpicionem neque ipſe narrationis contextus admittere videtur. Poſſis exiſtimare, Alexandrum non ſine ingentibus damnis, de quibus Herodiani hiſtoria teſtatur, viciſſe Perſas, ſed victoriam in maius auctam ſtudio aulicorum, diſſimulatis que incommodis magnifice depraedicatam eſſe, ſicut in bonorum et amabilium Principum hiſtoria fieri ſolet: plane ut ex diverſo, inviſum publice Principem ſeu bene ſeu male facta premunt. Confer, quae Herodianus cap. ſequentis fine memorat: neque erit cauſa dubitandi, praeſertim cum Lampridius ſaepiſſime aberret in vero de rebus iudicio, et interpretanda aliorum hiſtoria. Herodianus enim non negat damna Perſis illata: quinimo ſtudioſe oſtendit, et argumentis confirmat. *Boecl.*

Apud Lampr. quidem habentur in rem praeſentem haec, iam c. 45. p. 996. m. expeditiones *bellicas* habuit, *de* quibus *ordine ſuo* ediſſeram. *Primum* tamen *eius* conſuetudinem *dicam* de *rebus* vel *tacendis* vel *prodendis*. Tacebantur *ſecreta* bellorum: *itinerum* autem *dies* publice proponebantur, *ita, ut* edictum *penderet* ante *menſes* duos, *in quo* ſcriptum *eſſet:* illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, et ſi dii voluerint, in prima manſurus: *deinde per ordinem* manſiones, *deinde* ſtativae, *deinde* ubi *annona* eſſet *accipienda;* et *id* quidem *eo* usque, *quamdiu* ad *fines* barbaricos *veniretur*. Iam *enim* inde *tacebatur*, et *omnes* ambulabant, *ita* ne *diſpoſitionem* Romanam *barbari* ſcirent. *Certum eſt* autem, *eum* nunquam *id, quod* propoſuerat, *fefelliſſe*, quum *diceret*, Nolle ab aulicis ſuas vendi diſpoſitiones; *quod factum fuerat ſub Heliogabalo, quum ab eunuchis omnia venderentur.* — c. 47. p. 999. m. milites *expeditionis* tempore *ſic* diſpoſuit, *ut* in *manſionibus* annonas *acciperent*, nec *portarent* cibaria *decem* et *ſeptem*, ut ſolent, *dierum*, niſi *in* barbarico: *quamvis* et *illic* mulis *eosdem* atque *camelis* adiuverit, *dicens*, milites ſe magis ſervare, quam ſe ipſum, quod ſalus publica in his eſſet. — c. 50. p. 1003. e. *Quum* igitur *tantus* ac *talis* imperator *domi* ac *foris* eſſet: *iniit* Parthicam *expeditionem;* quam *tanta* diſciplina, *tanta* reverentia *ſui egit, ut* non *milites*, ſed *ſenatores* transire *dicerentur*. — ib. p. ſq. e. fecerat *et* phalangem *triginta* millium *hominum*, quos *phalangarios* vo-

Digitized by Google

cari *inſerat*, et *cum quibus* multum *fecit* in *Perſide*. — c. 55. p. 1017. *m quo* igitur *apparatu* inde *in* Perſas *profectus*, Artaxerxem *regem* potentiſſimum *vicit*, (ad quae Caſ. N. 1. „minime vero vicit: quin potius ab eo victus eſt, fuit que toto eo bello infeliciſſimus Alexander. Ita Herodianus, cuius diſſenſum ab aliis in huius belli hiſtoria poſtea notat Lampridius“) *quum* ipſe *Alexander* cornua *adiret*, milites *admoneret*, ſub *ictu* teli *verſaretur*, manu *plurimum* faceret, *ſingulos* quoque *milites* ad *laudem* verbis *adduceret*, (ad quae rurſus Caſ. N. 2. „pugnat cum his pugnam ἀκονιτὶ hiſtoria Herodiani, qui Alexandrum ſuis defuiſſe tradit, vel metu, vel monitis Mammaeae matris, — ſed fatetur auctor hic, ſe in hac hiſtoria eos ſecutum, qui contraria Herodiano ſcripſerant.“) *Fuſo* denique *fugato* que *tanto* rege, *qui* cum *ſeptingentis* elephantis, *falcatis* que *mille* et *octingentis* curribus *ad* bellum *venerat*, equitum *multis* millibus, *ſtatim* Antiochiam *rediit*, et *de praeda*, quam *Perſis* diripuit, *ſuum* ditavit *exercitum*; quum *et* tribunos *ea*, quae *per vicos* diripuerunt, *et* duces *et* ipſos *milites* habere *iuſſiſſet*. — c. 56. p. 1018. m. Poſt *hoc* Romam *venit*, (ubi Caſ. N. 3. „et hoc falſum, ſi conſtat fides hiſtoriae Herodiani“) *triumpho* que *pulcherrimo* acto, *apud* ſenatum primum *haec verba habuit*. Ex *actis* ſenatus *die ſeptimo* Kal. Octobris. *Perſas* P. C. *vicimus*. — c. 57. p. 1020. e. *Dimiſſo* ſenatu *Capitolium* aſcendit, *atque* inde, *re* divina *facta*, et, *tunicis* Perſicis *in* templo *locatis*, concionem *huiusmodi* habuit, *Quirites*, vicimus *Perſas*. — Haec *nos* et *in* annalibus, *et apud* multos *reperimus*. Sed quidam dicunt, a ſervo ſuo eum proditum non viciſſe regem, ſed, ne vinceretur, fugiſſe, (ad quae p. 1021. Caſ. N. 2. „de hoc ſervo nihil Herodianus, quem tamen ſequi heic videtur.“) *Quod* contra *multorum* opinionem *dici*, non *dubium eſt* iis, *qui* plurimos *legerint*. Nam *et* amiſiſſe *illum* exercitum *dicunt* fame, *frigore*, ac *morbo*, ut *Herodianus* auctor eſt *contra* multorum *opinionem*. Ad haec poſtrema, quae pertinent ad Noſtri

6, 6, 4. e.

τῶν τριῶν μοιρῶν τοῦ στρατοῦ, ἃν ἔνειμε, τὸ πλεῖστον ἀποβαλόντι διαφόροις συμφοραῖς, νόσῳ, πολέμῳ, κρύει,

dedit Caſ. N. 3. iſta. „Hodie ſcribitur in Herodiani libris, τῶν τρ. μ. τ. στ. ὧν ἔν. τὸ πλ. ἀπέβαλε δ. σ., νόσῳ, πολ., κρ. Lampr. vero legit, νόσῳ, λιμῷ, κρύει. ſed deceperunt illum ſui codices. nam Herodianus ſcripſerat πολέμῳ. narrat eo loci eximius hiſtoricus, (quae cum ſqq. dederant Oxon. ad Noſtr. 6, 5, 1. e. ἔνειμε λ.) Alexandri contra Perſas exercitum in tres partes ab eo fuiſſe diviſum; quae perierint omnes, ſed diverſo modo: unam partem in locum iniquum deductam, cum pugnare non poſſet, Perſarum ſagittis confixam internecione deletam: alteram partem morbo extinctam: tertiam denique partem frigore (6, 6, 6.) ἐν ὄρεσι διαφθαρῆναι, καὶ ἀκρωτηριασθῆναι οὐκ ὀλίγους ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ. de *fame* nihil Herodianus. perperam igitur in huius hiſtoriae anacephalaeoſi legit Lampr. λιμῷ pro πολέμῳ.“

Tum pergit Lampr. *Poſt* hoc *cum* ingenti *gloria*, — pedes *Palatium* conſcendit, *quum* retro *currus* triumphalis *a quatuor* elephantis

Digitized by Google

traheretur. — c. 58. p. 1022. *Actae* ſunt *res* feliciter — *et* in *Armenia* per *Iunium Palmatum*, ad quae nihil in N. nec utrum ſint huius temporis, an alius.

Sed Aur. Vict. de Caeſ. 24, 2. *confeſtim* apparatu *magno* bellum *adverſum* Xerxem *Perſarum* regem *movet*; quo *fuſo* fugato *que*, rel.

Nihil vero amplius Xiph., ſed Eutrop. Met. 8, 14, 1. *εὐθὺς ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε, καὶ τὸν βασιλέα Ξέρξην μετὰ πολλῆς ἐνίκησε τῆς εὐκλείας,* tum Zon. p. 467. D. *αὐτὸς δὲ, τὰ οἰκεῖα στρατεύματα εἰς τρεῖς διελὼν μοίρας τριχῇ τοῖς Πέρσαις προσέβαλε. Καὶ πολὺς μὲν τῶν Περσῶν συμβέβηκεν ὄλεθρος· πλεῖστοι δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐφθάρησαν, οὐ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὅσον ἐν τῷ ἐπανιέναι διὰ τῶν τῆς Ἀρμενίας ὀρῶν. λ.*

Porro Gatter. enchir. 1, 127. e. mit *dieſem* führte *Alexander Severus* einen *glücklichen* Krieg, *den* er *aber* wegen *des* Einfalls *der* Teutſchen *in* die *Provinz* Illyricum *nicht* endigen *konnte*, ſed Angli ap. Heyn. H. 2, 466. e. ſq. ſine iudicio et monito in N. narrant rem e Lampr. et Herodi., at 4, 1081. e. ſq. tantum e Lampr., cui et ipſe, per cauſas a Boecl. propoſitas, minorem prae Noſtro habeo fidem, cf. ad Capit. Maximin. T. 2. p. 36. Caſ. N. 2.

COROLLARIVM ad 6, 6, 4. e.

E Perizonii Animadv. hiſtor. ed. Harleſ. p. 441. ſubiungimus haec. „Immo vero etiam Hiſtoriae Auguſtae Scriptor Aelius Lampridius Herodiani, non ita multo ſe antiquioris, corrupta tamen et ipſe habuit exemplaria, ea que cauſa aliud, quam ille ſcripſerat, ex eo quamvis diſerte citato, ſed tamen negligenter ſatis inſpecto refert. Tradit enim in Alex. Sev. c. 57. *Auctorem eſſe Herodianum*, Imperatorem hunc amiſiſſe exercitum *fame*, *frigore*, *ac morbo*. At Herodianus Alexandrum ſcribit VI. 14. exercitum diviſiſſe in tres partes, earum que vnam in aſperis et montoſis regionibus hyemis vi et frigoris aſperitate attritam pauciſſimis tantum reliquis interiiſſe, alteram, in qua ipſe fuerit Imperator, morbo, omni pariter illa parte lethaliter aegrotante, graviter fuiſſe afflictam, tertiam ab hoſtibus de improviſo occurrentibus circumventam et occidione occiſam, adeo que Imperatorem, ſubiungit tandem, longe maximam totius exercitus partem amiſiſſe *διαφόροις συμφοραῖς, νόσῳ, πολέμῳ, κρύει*, *diverſis* calamitatibus, *morbo*, bello, *frigore*. Tertiam igitur calamitatem ex Herodiani ſententia exercitui inflixit *vis* ipſa *belli* et *boſtium*, non *fames*: ſed apparet manifeſto, ut iam monuit incomparabilis Caſaubonus, cui hanc obſervationem debemus, Lampridium in Codice ſuo pro *πολέμῳ* legiſſe *λιμῷ*, ideo que *famis* in ſua Alexandri vita, tanquam ex Herodiano, feciſſe mentionem. Perquam oſcitanter profecto: nam ſi Criticen advocaſſet, facile hunc codicis iſtius errorem ex relata accuratius paulo ante tertiae illius partis et cladis ab Herodiano Hiſtoria cognoviſſe potuiſſet et emendaſſe, ſibi que caviſſe, ne ex Auctore, cuius teſtimonio utitur, aliud, quam ille memoriae mandaverat, indecora ſane Hiſtorico negligentia et ſecuritate attuliſſe argueretur."

Digitized by Google

6, 7, 19.

Ἀντιτυπεῖς λ.

Τὸ ἀντὶ in compoſitione modo *contrarietatem* denotat, modo *viciſſitudinem*, modo *aequalitatem*. Notat *contrarietatem* in ἀντιβάλλειν, ἀντιβλέπειν, ἀντιλέγειν, ἀντικεῖσθαι, ἀντίχειρος, ἀντίθεσις, ἀντίθεα, ἀντιόφρων. ἀντιπεπονθὼς ap. Diod. S. p. 26. (p. 37.) C. notat *more contrario affectum*. ἕτερον δὲ τὸ τούτοις τοῖς τόποις ἀντιπεπονθὼς ταῖς ὥραις, *altera* (terrae pars), *quoad anni tempora ſtatu his locis contrario eſt affecta*. Dioſcor. 3, 70. πρὸς τὸ ἀντιπάσχειν ταῖς ἐπιγινομέναις δυσουρίαις, i. e. *ad reſiſtendum ſupervenientibus urinae mittendae difficultatibus*. Et cui ignota ſunt ἀντιπάθεια et ἀντιπαθής; — *Viciſſitudinem* ſeu vicem reciprocam ſignificat in ἀντιλαμβάνειν, ἀντιπελαργεῖν, ἀντιθεραπεύειν, ἀντιδικεῖν, ἀντίλυτρον, ἀντιγραφή. Nec τὸ ἀντιπεπονθὼς ab hoc ſignificatu plane alienum. — *Aequalitatem* et comparationem notat, ubi ἀντὶ idem eſt ac ἴσος. Ἀντίθεος eſt Homero Diis ſimilis (eſt et Dei hoſtis.) Eidem Ἰλ. γ. 189. ζ. 186. Amazones dicuntur ἀντιάνειραι, viris pares. Nomina propria *Antenor* et *Iſander* unum idem que ſignificant. v. Euſt. ad l. c. conf. idem ad Ἰλ. γ. 189. et ad Ὀδ. ξ. 18. p. 528. l. 18. Pollex apud Graecos dicitur ἀντίχειρ, quaſi *manus altera*. v. Galen. T. 4. p. 376. Apud Eurip. Ion. 1550. ἀνθήλιον πρόσωπον eſt *facies ſolis inſtar fulgens*. Apud eundem Bacch. 1095. ἀντίπυργος πέτρα eſt ἰσόπυργος, turri ſimilis rupes. Ἀντίβοιος Heſychio eſt ἰσόβοιος, bovi ſimilis, loco bovis conſecratus. Ἀντίῤῥοπον Heſychio eſt ἴσον, ἰσόσταθμον, ἰσόζυγον, aequipollens, aequilibrium. Ἀντίστροφος, i. e. ἴση, ὁμοία, etc. *Leisn.*

Prae L. Ern. notiones praep. ἀντὶ in compoſitis plures et adeo ſex dedit Z. ad Vig., revocandas forſan ad illas tres Leisn., in quas quaerendo reperi modo haec, I) in ſolam pr. ἀντὶ, varia, ap. Poſſ. Sy. et Call. Moer. Vig. Hsd. Rs. O. V. 4. 6. 8. And. Dem. Ael. V. h. Fi. Ae. et Pal. Luc. Hs. Plut. et Fa. cum Gortl. Plat. Menex. it. de ellipſi eius L. Boſ., ſed nominatim in v. emendi ac vendendi Valck. Theocr. p. 17. tum II) ſimul per compoſita inde varia, L. N. T. Hom., etiam in N., Call. Lyc. Theogn. Herdt. Thuc. Iſ. Ev. Xen. Z. Pol. M. S. Ἀνβ. Cyr. cum Abr. Dl. et A. qui et ſolus aliquid dixit de ἀντὶ in compoſ. porro III) varia tantum compoſita inde ib. ad Ae. T. 1. Bud. C. Suic. Ammon. D'Orv. Ch. D'Arn L. Gr. Muſ. Eur. Barn. Aeſchyl. Pav. Orph. Xen. Hell. M. et Z. Bach. Fi. The. Polb. Di. H. S. T. utr. Diod. S. Diog. L. Ioſ. et Geop. denique IV) ſuper ſingularia quaedam, inde compoſ., ἀντιλογικὸς Fi. Plat. Phaed., ἀντίπαις, Ienſ. L. L. Valck. ad Amm. et Gem. Pl., ἀντίπολις Munth., ἀντίπροιξ Wernsd. ad Phil., ἀντίστροφος Krb. Plut. et Fi. Plat. Phileb., ſed ἀντίχειρος Tittm. de Veſt. Gn. cum Loesn. Obs., ubi et de ἀντίθεα;.

6, 7, 21.

τὴν εἰρήνην ἐπὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες.

Vir Doctiſſimus et Clariſſ. M. Io. Chriſtian. Meſſerſchmid, Rector de Schola civ. Vitemb. optime meritus in libello edito 1773. 4. Super

Digitized by Google

doctoribus doctrinam divinam corrumpentibus ad 2 Cor. 2, 17. p. 20. m. etiam haec dederat. „Ita germanos τὴν εἰρήνην ἀργυρίου καπηλεύοντας nominat Herodianus 6, 7. quibus pax quaeſtui fuit, atque qui in componenda pace fraudulenter egerunt.“ Contra quae aliquis in *theologiſchen Berichten von neuen Büchern und Schriften von einer Geſellſchaft zu Danzig* partic. 99. pag. 694. ſqq. „*der Verfaſſer ſucht* den *Begriff* der *Verfälſchung* und *des* Betruges *mit* dem *Worte* zu *verbinden*, *wie Lutherus.* — Herodianus *nennt* die *Deutſchen* τὴν εἰρ. ἀργυρίου — *nach der Boecl. Ausgabe von* 1662. χρυσίου — (et ſic ſane ſine V. L. per libros omnes,) καπηλεύοντας. *Leute*, die *den* Frieden *für* Geld *verkaufen*, nicht *aber*, *wie der Hr. Verf. hinzugeſetzt*, atque qui in componenda pace *fraudulenter* egerunt. *Davon iſt in der* Erzählung *Herodians* nicht *die* geringſte *Spur.* Er *ſchildert* die *Deutſchen* bloſs *als* geldbegierige *Leute*, die *den Frieden zu einem gewinnſüchtigen Gewerbe machten. Daher*, ſagt er, *wollte Alexander lieber den Frieden von* ihnen *erkaufen*, *als ſein Heil im Kriege gegen ſie verſuchen.*“

Ego vero habui iſta, ap. Stp. Th. „καπηλεύω, ſaepe metaphorice ponitur. — At Herodianus contra hoc verbum dixit de pace l. 6. καπηλεύειν εἰρήνην, addens genitivum χρυσίου: quod Pol. vertit *Auro* pacem *cauponari*. Budaeus autem *vendere* interpretatur“ qui Bud., haud dubie in Lex., recte ſenſum pervidit; ut adiunxerit Noſter gen. χρυσ. ex analog., cum habeant caſum hunc verba *emendi* et *vendendi*, per ellipſin quidem alicuius praep., ut alibi dictum; ut que recte Leisn. vel ob hanc rectionem in N. comparaverit locum illum ſupra 1, 6, 25. μεγάλων μισθῶν τὴν εἰρ. ἀντικαταλλάσσοντας. Sed peculiaris Noſtro fuerit tamen hic gen. caſus cum v. καπ., ut et acc. τὴν εἰρ., qui et ipſe nititur tantum analogia illa, quod v. ſecum habet alios acc. rei, quales, praeter Meſſerſchmid., protulerunt et alii, cf. Ind. Sb. (qui hinc „*caup.*, vendentes“) ex Excpt. Suid. 2, 10. l. 11. καπηλεύων, ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς, ἅπαντα, *velut* in *foro*, cauponans *omnia*, ſq. explic. καὶ μηδὲν ἄπρακτον ἐᾶν ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ διαπράττεσθαι, Herdt. cum Gs. Chr. Hſy. cum N., ad Luc. 1, 798. N. 39. D'Arn. L. Gr. Mi. Obs. Nov. 1, 66. Geop., ſed ſine Ind. V. Eur. Hipp. 266. 1. D. Suic., ubi p. 43. i. ap. Chryſoſt. explic. ſq. quaedam, ὅταν τὶς χρημάτων πωλῇ λ., etſi hoc copulatur ſimul alibi, v. L. N. T. Schw. N. 2. e Plat. οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις καὶ πωλοῦντες καὶ καπηλεύοντες λ., ut generis et formae, tum ad ſacrum illum locum Kypk. T. 2. L. Boſ. Obſ. p. 154. ſq. et Loesn. p. 301. m. „καπηλεύειν εἰρήνην χρυσίῳ, ex Herodoto“ quod, ſi ibi eſt, non repertum mihi in Ind., noſtro loco ſit ſimillimum, ut ap. G. Th. modo cum Gr. n. „*cauponor*, — lucri ſordidi cauſa, ceu caupones ſolent, aliquid venditare ſ. facere adeo. — Ennius — *nec* cauponantes *bellum*.“ E cuius ratione ubi ap. Noſtrum hic exponemus καπ. λ., *cauponum more*, i. e. lucri ſordidi cauſa, *facere* pacem: procedet iungere ſimul pr. πρὸς Ῥωμ. cum *Romanis*. At ſi ſumamus pro vendere, cauponum more ac lucri ſordidi cauſa: tum πρὸς Ῥωμ. copulari debeat potius cum pr. ſubſt. τὴν εἰρ., quaſi per ellipſin alicuius particip., v. c. γενομένην, ut mox §. ſq. ὠνήσασθαι — τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς λ. ſcil. γενομένας, hic intra artic. et ſubſt. poſita formula e praep. πρ. cum acc. perſ., ſed in noſtro loco extra illas orationis partes, interiecto etiam adv. καὶ, pro τὴν καὶ πρὸς Ῥωμ. εἰρήνην.

Digitized by Google

COROLLARIVM ad 6, 9, 17. e.

de Herodiani odio in Alexandrum et favore in Maximinum.

Ad Capit. in Maxim. c. 13. p. 36. Herodianus — *Graecus* ſcriptor, *qui* ei, *quantum* videmus, *in* odium *Alexandri* plurimum *favit*, Caſ. N. 2. haec dedit. „Duo hic obiiciuntur ſcriptori optimo: quod Alexandrum oderit, Maximino faverit. Unde colligi potuerit amor Herodiani in Maximinum, in eius hiſtoria nihil invenio: at in Alexandrum odium ex narratione de bello Perſico et Germanico, ſine dubio Capitolinus collegit. ſic enim tota expeditionum illarum hiſtoria Herodiano texitur, ut gloriam nullam, ignominiam vero nonnullam ex utroque bello, maxime autem Perſico, princeps alioquin laude digniſſimus reportarit. Et mirum ſane eſt de bellicis eius imperatoris rebus adeo non diverſa, ſed *ἐκ διαμέτρου*, quod aiunt, pugnantia Herodianum et Capitolinum ſcripſiſſe. etſi autem, amiſſis omnibus aliis hiſtoricis, pro certo dici hodie non poteſt, utrius ſit narratio verior; ſuſpicor tamen Herodiano fieri a Capitolino iniuriam: et quod in Alexandro non omnia laudet, in Maximino non omnia vituperet, libertate ſua, et recto iudicio uſum potius, quam vel odio vel gratia fuiſſe corruptum. Videntur offendiſſe Capitolinum quaedam in Alexandrum dicta aſperius ap. Herodianum: cuiusmodi illud eſt (6, 8, 8.) *ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον, μηδὲ νεανικὸν εἰς Γερμανοὺς ἐλθὼν παρέσχετο.* et ſimiles loci, (6, 1, 24. 6, 5, 16. ſqq. 6, 6, 1. 4. 13. 6, 7, 8. 20. ſqq. 6, 9, 9. ſq.) ſed meminiſſe Capit. oportuit, non ex perſona auctoris iſta dici, neque illius judicium continere, verum capitalis hoſtis Maximini: quem graviora his de imperatore ſuo iactaſſe cum rebellionem pararet, quis dubitat? Cum igitur quae laudanda erant plurima in Alexandro, ubertim ſine ulla malevolentiae nota ab Herodiano in litteras ſint miſſa (6, 1, 11. ſq. 14. 16. ſqq. 6, 2, 8. ſqq. 6, 3, 1. ſqq. 6, 4, 6. 6, 7, 11. ſqq. 6, 9, 15. e.); quae in tyrannide Maximini odio et deteſtatione digna prolixe ſint ab eo deſcripta, (quem Noſter omnino tantum laudat, ut militem ducem que exercitus fortem, reprehendens contra animum et facta crudeliſſima, cf. 6. 8, 1. ſqq. 7, 1, 2. ſqq.) cauſae nihil eſt, cur Capitolini iudicium hoc faciamus vel tanti.“

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν Βιβλίον ἕβδομον [a].

Τὸν μὲν [b] βίῳ [c] Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο [d] τέλει τε ὁποίῳ, βασιλεύσας ἐτῶν τεσσαρεσκαίδεκα, ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ Μαξιμῖνος,

Herodiani de imperio poſt Marcum Liber ſeptimus.

Quae vita Alexandri fuerit et qualis exitus, cum imperaſſet annos quatuordecim, in iis, quae iam dicta ſunt,
2. declaravimus. Maximi-

a) In Ms. Ba. verba haec Ἡρωδιανοῦ ἱστοριῶν ἕβδομον, minio ſcripta, verſum ſingularem efficiunt. *Mart.* cf. inſcriptionem libri pr., in qua nec hic edd. diſcedunt. b) τ. μὲν δὴ β. Ms. Ba. v. N. c) βίῳ ὁ Ἀλ. Ms. Ve., artic. addito, cf. 4, 14, 5. 6, 7, 10. e. d) Comma hic per edd., et tacite in Mss.

τὸν μὲν β.) Ms. additum δὴ, ut alibi, cf. 5, 6, 6., fuerit hic ex aliis Noſtri locis, cf. 6, 9, 15., dupl. ſenſu interponentis intra duo ſubſt. (unde comma Bg. recte omiſit) v. ἐχρ., et ſimul dantis de ſuo, quae ſupra poſuit ſeparatim, cf. 6, 1, 1. 5, 8, 19. it. Dem. 413, ult. ἐπαμώτερον τῷ μετὰ ταῦτα ἐχρήσ. βίῳ, per que copiam ſyn. duo pron. τιν. et ὁπ., variando cum 6, 1, 1. ὁποίῳ μὲν δὴ τέλει ὁ δηλωθεὶς Ἀντωνῖνος ἐχρήσ., (ad quae et ipſa Mss. auctores ſpectarint,) it. cum 6, 9, 15. βασιλεύσαντα ἔτεσι τεσσ. it. 6, 1, 1. ἐν τοῖς πρ. δεδήλωται, quibuscum Bg. reddit in ἐν τ. πρ., deſerto P. etiam in rel. liberrimis, diverſus a ſe ipſo ad v. ἐχρήσ.

ὁ δ. M. παρ.) Hic παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν de eo, qui Alexandro interfecto imperium Rom. invaſit. Ut itaque παρ. τ. ἀ. ſit regnum ſuſcipere, quoquo modo id fiat. *Leiſn.*

Formula eſt ſane univerſi generis, ap. Noſtrum quidem adhibita hic de Maximino, qui anteceſſorem interfici iuſſit 6, 9, 13., ſed et coactus quodammodo imperium ſuſcepit, cf. 6, 8, 11. 14. tum de Alexandro Sev. 6, 1, 2., cum ab aliis interfectus eſſet anteceſſor, ſed ſucceſſor ipſe etiam cogeretur, cf. 5, 8, 14. ſqq. ſimiliter que de Pertinace 2, 9, 6. it. de Macrino 4, 14, 5. tandem vero de Plautiano 3, 11, 21. qui voluit ſuſcipere imperium per iuſſa data de necando anteceſſore. cf. dicta ad 1, 3, 5., reddente hic Bg. aliter, quam in laud. locis, ſeverius que, quam P. (qui in δὲ, ut 5, 4, 14.) ſed aeque liber in formula ſq., per analog. conflata, reddendo aor. iterum per v. auxiliare, cf. 6, 9, 10. παρεκ. tum phraſin mutando in privum v., ſed adi. in adv., cum tamen et Cic. habeat *mutationem* facere *morum*, it. *tantos* motus *mutationes* que *moliri*, cf. in variationem quoque 6, 8, 5. et 7. cum N. ib. ἔννοιαν πολλὴν et τὸ πολὺ πλῆθος λ. cum Dem. 21, 25. μεγάλην δεικτέον τὴν μετ. Caeterum ap. Suid. 2, 493. e. leviter mutata habetur §. haec, Μαξ.

παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ[e] πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος[f]. ἔκ τε πρᾳείας[g] καὶ πάνυ ἡμέρου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμό-

nus autem adeptus imperium, multa immutare coepit, aſperrime et terribiliter valde ſua
3. poteſtate utens. Atque ex miti plane que manſueto imperio ad tyrannidis crudeli-

e) κατὰ Lu. mendoſe, ut 6, 8, 5. f) Colon in Ox. et comma in Pat. g) Cum iota in una Lu. cf. 2, 8, 2.

βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος παραλ. — χρώμ. Max., Romanorum imp. *Hic* rerum *potitus*, magnopere *mutata* rerum *forma*, cum *omni* acerbitate *ac* terrore *poteſtatem* exercere *coepit*.

τραχύτατα μ. πολ. φοβ.) int. τῶν ἀρχομένων. *Stroth.* Bg. a P. diſcedit in gradu adv., (cum Sch., ſecus ac Stp. Th., cf. 7, 4, 3.) tum formula mutata in ſyn. adv. (ubi tamen omiſſum adv. alterum *valde* adieci, ut et hic gradum aſſequerer, cf. 1, 9. 6.) et addito pron. poſſeſſ. ad τῇ ἐξ. cf. 4, 11, 4. Θυγ., pro iſtius libero particip., rurſus Noſtro, praeter variationem cum pr. πολλ. τὴν λ. ſine artic. et cum 3, 8. 15. φόβῳ ἦρξεν — τῶν ἀρχομένων λ., ſua fingentem ex analog. omnia, cf. L. N. T. e Luc. 8, 37. φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο, it. 1 Cor. 2, 3. ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην et illo μετὰ φόβου καὶ τρόμου λ. 2 Cor. 7, 15. etc. ſed G. Th. in ſubſt. et v. 971, 38. 1123, 76. *non* ut *ea* poteſtate — *ad* quaeſtum *uteretur*, e cuius in ſubſt. e. *terroribus*, — magnis *vexari* — ſervaſſem *multo* cum *terrore*, cf. Schell. L. *eſſe alicui* maximo *terrori*, it. *in* terrore *magno*, ſed in rem ipſam et crudelitatem Maxim. Capit. c. 8. T. 2. p. 25. i. p. ſq. i. c. ſq. p. 27. i. *neque* enim *fuit* crudelius *animal* in *terris*, p. 28. e. ſq. c. 11. p. 32. e. c. 13. p. 36. 39. i. c. 17. p. 43. m. c. 20. p. 48. c. 22. p. 55. i. c. 24. p. 56. i. 65. i.

ἔκ τε πρ.) Iterum cum variatione confinguntur omnia e ſuperioribus, 2, 1, 8. ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσειαν, it. 2, 4, 2. εἴς τε τὸ κόσμιον καὶ εὔτακτον μετάγειν πάντα ἐπειρᾶτο, — πρᾷον καὶ ἥμερον ἦθος, ib. §. ſq. ἐξ ὠμῆς καὶ ἐφυβρίστου τυραννίδος εἰς σώφρονα καὶ ἀμέριμνον βίον μεταχθέντας, ib. §. 4 τῆς τε ἡμέρου ἀρχῆς ἡ φήμη λ. ib. §. 7. τῷ εὐτάκτῳ καὶ ἡμέρῳ τῆς βασιλείας ἔχαιρον, ib. §. 9. τὸ πρᾷον καὶ ἥμερον τῆς ἀρχῆς, addito hic adv. πάνυ, quod P. omiſerat, cf. 6, 8, 16., ſed 6, 1, 3. 5. ἐπί τε τὸ σωφρονέστερον — πάντα μετάγειν ἐπειρῶντο et τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ἐκ τυραννίδος ἐφυβρίστου εἰς ἀριστοκρατίας τύπον μετενεχθείσης, dum ex analog. ſunt ὠμοτ. cum τυρ. (cf. 5, 1, 6. et ὠμ. τοῦ τρόπου Diod.) et πάνυ ἡμερ. tum Stp. Th. v. τυρ. e. ſine Vs. at, deſerto partim P., in πρ. ſine iota etiam, „e miti *manſueto* que *imper.*" cui add. πρ. de re ſ. perſ. ap. Suid. L. N. T. Xen. Bach. et Ἀιβ. Polb. Geop. Di. H. S. T. 2., ſed 1. τὸ πρᾳῢ καὶ φαιδρὸν λ. et πρηΰνοος Orph., tum Rs. O. V. 6. πάνυ πρᾷον, omittente Ms. tertium iam adi. πᾶς, cf. 5, 6, 20. 4, 15, 10. ſed hic ſine cauſa conſpicua, contra que Mss. rel. et P. loca ſupra laud. Sed Suid. 2, 495. i. brevior, ἔκ τε ἡμ. βασ. εἰς τυρ. ὠμ. μεταγαγεῖν π. ἐπ. et tamen cum P. Vs. plena.

τητα μετάγειν πάντα[h] ἐπειρᾶτο, δυςγένειαν[i] ἑαυτῷ συνειδώς, ὅτι τὲ[k] πρῶτος ἐξ εὐτελείας τῆς ἐσχάτης εἰς τοσαύτην τύχην ἤλασε. Φύσει δὲ

tatem transferre omnia conabatur: ignobilitatis ſibi conſcius, quod que primus ab humilitate extrema ad tantam
4. fortunam evectus eſſet. Na-

h) Ms. Ba. μετάγειν ἐπειρ. v. N. et poſt ἐπειρ. colon in Ox. al. cum Bg. Ms. i) B. δυςγένειαν. *Leisn.* in m. A. quae δυςμένειαν habuere cum rel. edd. et tacite quoque Mss., ſed una Bc. a., quod dedi, v. N. k) ὅτι πρῶτ. Ms. Ba. v. N.

δυςγένειαν ἑαυτ. σ.) Pol. (*quum* ſe *invisum* hominibus *cognoſceret*) δυςμένειαν etiam agnoſcit: ſed non minus aptum fortaſſe δυςγένειαν, vt ap. Zonar. *Sylb.*

Tandem Cellar. l. l. ſic „Altera Pannoniae colonia *Aemona* fuit, Plinio auctore 3, 25. Scribitur etiam *Emona*, Graece Ἥμωνα, a Ptolemaeo et Zoſ. 5, 29., quam ſcripturam Caſaubonus in Capitolini Maximinum Thracem c. 21. veriorem cenſet, ut fuerit Ἥμων, inde Ἥμωνα, ut Narbo et Narbona. Herodianus 8, 1. ἣν καλοῦσι Ἡμᾶν, (ſic per lenem,) *quam* Emam *vocant*, prave: legendum Ἥμωναν cum Zoſ. et Ptolemaeo. Capitolinus dicto loco conſentit in vocali: ſed addit adſpirationem, *Hemona*, ſicut Pacatus Panegyr. Theodoſii c. 37. *Haemona* ſcripſit; ſed abeſſe poteſt ſpiritus ſecundum inſcriptionem veterem ap. Gruter. p. 556. num. 5. *C. Petilius C. F. Cla.* Paullus *Emona.* Et Peutingerorum Tabula *Emona.* Nec vero diphthongus Plinii ſine auctoritate eſt. Inſcriptio alia p. 475. num. 1. *Decurioni Aemonae.* De ſitu etiam lis eſt. Herodianus ad Italiam refert, ut πρώτην Ἰταλίας πόλιν, *primam* et *limitaneam* urbem *Italiae*, quem ſequitur Capitolinus dicto loco, *in Italia* poſt *Alpes* conſtituens. Sed non intellexit Herodianum, cui ἱδρυμένη πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων, *ſita eſt* ante *radices* Alpium *Pannonicas.* nam ſequenti die ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἠπείγοντο, *ad* Alpes *acceſſerunt.* Male vero Herodianus Italiae fines, contra conſenſum omnium, trans Alpes removit. Cum Plinio ergo Pannoniae adſcribamus: quam etiam Ptolemaeus Pannoniae Superiori adiunxit ita, ut ſit μεταξὺ Ἰταλίας ὑπὸ τὸ Νωρικὸν Παννονίας, *inter* Italiam *ſub* Norico *Pannoniae*, i. e. in harum regionum confinio, quemadmodum etiam Zoſimus poſuit μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ, *inter* Pannoniam *Primam* et *Noricum.* Vir

peritiſſimus harum regionum Io. Lud. Schönleben multis argumentis contendit, Aemonam *Labacum* Carnioliae eſſe, vulgo *Laubach* dictum: quod etiam iter Antonini ab Aemona Sirmium, confirmat.“

Iam porro ad Capit. p. 51. i. *denique ubi primum caſtra in campo poſuit*, neque *quicquam commeatus reperiret*, *incenſus contra eum exercitus ſuus*, *quod fame in* Italia *laboraſſet*, *in* qua *poſt* Alpes *recreari ſe poſſe credebat*, Caſ. N. 1. „Ergo Emona cis Alpes? Videtur Capitolinus qui legebat ap. Herodi. in Italia eſſe hanc urbem, temere inductus, ut cis Alpes ſitam putaret. ſed negligenter legerat Herodiani verba: qui ait diſerte, *ἱδρ. πρὸ τῆς ὑπωρ. τῶν Ἄλπεων.* trans Alpes igitur: nam referendum illud *ante* ad Maximinum e Pannonia venientem. quod verum eſſe conſtat ex Ptolemaei deſcriptione: qui Emonam locat in commiſſura Cetii montis et Albani. quos montes *Alpium* appellatione Herodianus hoc loco, ut et alii multi veterum, eſt complexus. melius profecto quam Zoſimus, qui *Apenninos* ſine exemplo nominat montes, quibus Pannonia et Noricum ſeparantur, qui que Emona Aquileiam petentibus neceſſario ſuperandi. ſed aliter fortaſſe ſcripſerat Zoſimus. Ceterum excuſari poſſe Capitolinum non negaverim, ſi eius verba de fame accipiantur quam paſſus Maximini exercitus ad Aquileiam, non de ea quam Emonae.“

Apud Zoſ. quidem l. l. §. 5. erant *ἐκ δὲ τῆς Ἤμωνος προελθὼν, καὶ τὸν Ἄκυλιν περαιωθεὶς ποταμὸν, τῷ Νωρικῷ προσέβαλεν, ἤδη τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἔξω γενόμενος. ὁρίζει δὲ ταῦτα τὰς Παιονίας ἐσχατιὰς, στενοτάτην ὁδὸν διδόντα τοῖς ἐπὶ τὸ Νωρικὸν ἔθνος διαβαίνειν ἐθέλουσι, λ.* Emone *vero* progreſſus *Alarichus*, et *Aquili* flumine *transiecto*, iam *ſuperatis* Apenninis *montibus*, ad *Noricum* acceſſit. *Hi montes* extremos *Panoniae* limites *finiunt*, et *iis*, qui *ad* Noricam *gentem* (provinciam) *transire* volunt, *artiſſimam* viam *praebent*. Ad haec nil in N. Reit. aut Heyn. monitum.

8, 3, 19.

Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, λ.

Memoires Critiques ſur l'hiſtoire ancienne de la Suiſſe par Mr. de Bochat Tom. 2. p. 364. „Sol ap. Orientales dicebatur *Belen*, *Belin* et cum terminatione latina *Belenus* et *Belinus*. Hoc nomen ſignificat *regem univerſi*. Haec etiam ſignificatio eſt nominum *Babal*, *Bel*, *Abelion*, *Mithra*, *Marnas*. — Veteres Celtae adorabant ſolem ſub nomine *Beleni*. — In Helvetia ſupereſt *Sauvabelin*, i. e. ſilva Beleni. — In Arvernia a Gregor. Turonenſi allegatur *mons Belenatenſis*. Etiam *vallis Beleni* memoratur. Ipſe mons *Belmont* dictus putatur eſſe i. q. mons Beleno ſacer, (ſ. Beleni mons.) M. della Torre, Eveque d'Adria a publié une diſſertation de *Beleno*. Is Belenum putat Apollinem, ſed diverſum a ſole. Negat, eſſe Orientalium Belenum. Putat, Celtarum Belenum eſſe Helenum filium Priami, qui fuerit vates, id quod occaſionem dederit eum confundendi cum Apolline. p. 369. Etiam *Trevetin* eſt quaſi *Trebelin*, i. e. regia Beleni. Cultus ſolis ante Heliogabalum Helvetiis uſitatus.“ v. Phil. della Torre Monumenta vet. Antii, ubi legitur diſſ. de Beleno veteri Aquileienſium deo. De hoc nomine v. etiam Reineſ. de deo Endovell. p. 102. ſqq. it. Zorn. Biblioth. E. A. T. 1. p. 128. ſqq. *Leisn.* (qui et in m. Ox. „Obſ. Miſc. Vol. II. p. 175. ſq. Grut. Inſcript. p. XXXVI. n. 11. — 17. ſqq. Frick. de Druid. p. 90. ſqq. Reineſ Inſcr. p. 98. Voſſ. ad Caeſ. b. G. 6, 17. emendat: Βέλινον καλοῦσι τοῦτον.“) Capitolinus in Maximin. c. 22. *deum Belenum* vocat. In Herodiano non

Βέλιν, ſed Βέλινον, Salmaſius notat. Apollinem eſſe, ſ. Solem, Herodiano conſentit Capitolinus. v. de origine nominis de que cultu dei huius G. I. Voſſ. theol. gentil. 2, 17. et Auſonii Profeſſ. Burdigal. carm. 4. it. 10., etiam Vinetum et Io. Scalig. Lect. Auſon. l. 1. c. 9. *Boecl.* Vind. Βέλιν recte ut videtur, namque hoc ipſum nomen ac pronunciationem barbaram exhibere, illud vero formam graecam ſonare videtur. Accedit, quod *Belenus* appellatur a Capitolino quem vid. c. 22. *Stroth.*

Ad Vopiſc. Aurelian. T. 2. p. 521. templum *Solis* magnificentiſſimum *conſtituit* Caſ. N. 3. „narrat Zoſimus (1, 61, 4., ubi in N. Reim. laudata Salm. ſunt p. 506. N. 2.) Aurelianum in ea aede *Solis* et *Beli* ſimulacra dedicaſſe. ex quo apparet translatum eius numinis cultum e Syria“ ſed Salm. N. p. 522. a. i. „in omni Illyrico frequens fuit cultus Solis vel Apollinis quem *Belenum* vocabant. Tertullianus in Apologetico *Norici* deum *Belenum* facit, ubi ſingularum provinciarum tutelares, et πατρῴους deos enumerat. hinc veriſimili coniectura colligo matrem Aureliani *Beleni* ſacerdotem fuiſſe, nec enim alium deum Pannonii venerabantur, et omnes Illyrici, quam *Belenum*, qui et Sol et Apollo. eius quoque numinis cultus ap. Gallos praecipuus. — Aquileienſes etiam eum colebant, ut ſcimus ex Capitolino et Herodiano, qui Βέλινον nominat ἐπιχώριον θεὸν Aquileienſium. colligimus autem ex Vopiſci verbis, quae habentur huius vitae (p. 425. e. cum N. 2.) eamdem fuiſſe formam, et habitum Solis quem Illyrici adorabant, et eius quem Perſae venerabantur. *Belenus* igitur Illyricorum deus, et Mithra Perſarum, eiusdem formae et habitus fuerint oportet. — Mithra tunc temporis eodem habitu colebatur in Occidente, quo ap. Perſas, et in Oriente. a Perſis enim ſacra Mithriaca et omnem illius dei cultum acceperunt Romani Graeci que. atque hoc fortaſſe verius quam de Beleno.“

Sed ad Capitol. in Maximin. duob. c. 22. p. 51. e. quum *igitur* fruſtra *obſideret* Aquileiam *Maximinus*, legatos *in* eandem *urbem* miſit. *Quibus* populus *paene* conſenſerat, *niſi* Menophilus *cum* collega *reſtitiſſet*, dicens, *etiam* deum *Belenum* per *aruſpices* ſpopondiſſe, *Maximinum* eſſe *vincendum.* Unde *etiam* poſtea *Maximini* milites *iactaſſe* dicuntur, *Apollinem* contra *ſe* pugnaſſe, *nec* illam *Maximi* aut *ſenatus*, ſed *deorum* fuiſſe *victoriam.* Quod *quidem* idcirco *ab* his *fictum* eſſe *dicunt*, quod *erubeſcant*, armatos *ſe* paene *ab* inermibus *victos*, Salm. N. 1. deum *Bellenum*] *Belenum*, Palatinus, ad cuius oram gloſſae vice eadem manu adſcriptum eſt, *id eſt Martem*, (qui Gloſſator reſpexerit Lat., in fronte praemiſſum per duplex *ll.*) Apollinem tamen ſic dictum fuiſſe docet Herodianus, ap. quem ſcribendum: Βέλινον καλοῦσι, λ. Apollinem quoque paulo poſt vocat Capitolinus. falſus igitur illius gloſſulae auctor, nec bene Capitolinum legerat, (et modo reſpiciens Lat. in fronte praemiſſum per duplex *ll.*) Perperam Βέλιν καλοῦσιν in Herodiano legitur. ſcribendum Βέλινον. *Belinus* enim et *Belenus* dicebatur. vetus inſcriptio: *Belino* rel. In quibuſdam, *Apollo* Belenus *Aquileienſis* appellatur“ tum Caſ. N. 2. „Herodianus: Βέλιν καλοῦσι λ. plura de hoc Gallorum, vel, ut ait Tertullianus, Noricorum deo, pridem viri docti. Lege Auſonianas Ioſ. Scaligeri et Inſcriptiones vett.“ Sic Sb. Ind. Lat. „Belis Aquileienſium numen, (hinc.) Capitolino *Belenus* in membr. m. ſ. Ubi ſcholion interlineare Martem interpretatur: Herodianus Apollinem: forſan παρὰ τὰ βέλη: ut βελένιον quoque ex eo dictum putatur, quod eius ſucco inficerentur iacula. Abellio diverſum numen, v. Ioſ. Scalig. Auſon. lect.

1, 9. et Petr. Pith. Adverſ. 1, 4. S. Hieronym. in Eſaiae c. 46. Saturnum Belem facit: item que Iſidorus Etymolog. 8, 11. teſte Schott.«

Tum Sch. »Βέλις, *Belis*, nom. propr. dei patrii Aquileienſium, quem Apollinem eſſe volunt: deriv. a בעל *Baal*, dominus. Accuſ. Βέλιν.« Sed ad Iul. Caeſ. b. G. 6, 17, 1. de Gallis, *deum* maxime *Mercurium* colunt. — *Poſt* hunc, *Apollinem*, et *Martem*, et *Iovem*, et *Minervam*, Voſſ. N. 1.« *Apollinem*] Belenum nuncupant, vel Belinum, ut ſatis notum: quin et Abellionem. — Colebatur etiam ab Aquileienſibus, uti diſcere eſt non modo ex Capitolino in vita Maximin. verum et Herodiano, qui l. 8. eum vocat Βέλιν, non ut caeteri Belinum: verba ſunt, Βέλιν δὲ καλοῦσι, τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς. Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες, (per diſtinctiones has incommodas.) Sed vereor, ut integer locus ſit. Quid enim adeone incognitum Herodiano nomen Belini? praeſertim quod pluribus ſaxis inſcriptum Aquileiae fuiſſe certo conſtat. Nam Aquileiae et templum Beleni Apollinis, et deum ipſum ſummo honore cultum fuiſſe colligo tum ex verbis Herodiani, ubi oraculo Apollinis Belini confirmatos ait oppidanorum animos, qui obſeſſi alio contendere nequibant ad conſulendum, ſed maxime quod eum nuncupat ἐπιχώριον illius urbis θεόν: et denique etiam indicat haec inſcriptio Aquileiae exſtans: *Belino* Aug. *Sacr*. rel. Videmus hic donum, quod L. Cornelius Beleno voverat, cum ipſe in Urbe, ſeu Romae eſſet, primo Aquileiam pertuliſſe. — Ad Herodianum redeo, et affirmo vix veriſimile videri, tam noto omnibus Belini nomine, eum Βέλιν ſcripturum fuiſſe. Quare emendo Βέλινον καλοῦσι τοῦτον, σεβ. τε ὑπερφυῶς. Quam facile enim potuit ex ο fieri δ, ex ν, ε. — Nunc demum video idem Salmaſio placuiſſe. Caeterum *Beleni* nomen factum ex בעל *baal*, aut *bel*, unde pluribus gentium diis vocabula ſua. Neque enim adeo cum Pithoeo errandum, ut credamus Belenum a iactu ſ. emiſſione radiorum id nomen accepiſſe. Nugae ſunt, — neque certius quidquam quam *Belenum*, ut dixi, venire a בעל rel.«

Porro ap. Grut. Lamp. T. 5. P. 2. in Iac. Nicol. Loenſ. Miſcell. p. 466. totum eſt cap. 15. »de deo Beleno. — Tertull. in Apol., recitans peculiaria regionum numina, inter cetera ſic loquitur: *Unicuique* etiam *provinciae* et *civitati* ſuus *eſt* deus, *ut* — Norico *Tibilinus* —. Nos autem non *Tibelenus* ibi legendum cenſuerimus, ſed *Dius Belenus*. — Id opinor non vana coniectura. Aquileienſium enim numen vocabatur *Belenus*, quod non urbi illi modo, ſed etiam toti Aquileienſium tractui commune erat, tum etiam Noricis Aquileienſium vicinis. Hoc numen Herodianus *Belem* vocat, alii *Belenum*. Herodiani verba l. 8. ſunt haec. καὶ χρησμ. — ὑπισχνουμένου. βέλιν δὲ καλ. τοῦτον· σεβ. δὲ (ſic) ὑπερφυῶς, Ἀπολλ. λ. (cum P. Vs., praeter *Belen*, pro quo edd. Lat. Pol., etiam illa Antwp., habent illud Bg. *Belem*.) At Iul. Capitolinus de eadem re loquens, *Bellenem* vocat, (ſic, ut tamen in ſubiecto iſtius loco ſequatur) *etiam* deum *Bellenum* (rel.; unde pr. nomen depravatum videtur.) *Belenum* autem hunc, non fuiſſe *Iovem Belum* declarant multae antiquae Inſcriptiones, ruinis Aquileiae inventae, praeterea id teſtantes, hoc numen longe late que a finitimis populis, et etiam longe diſſitis, donariis honoratum et cultibus. Ex quibus aliquot volui apponere, ut de deo *Belleno* (ſic) plenior notitia haberetur. *Belen*. Aug. (rel.) Sed alterum, quod manifeſte Apollinis nomen continet, imperfectum: *A*-

pollini. Beleno. *C.* Aquileienſ. *Felix.* — *Fonti.* Beleno. *C. Aquil.* (rel.) Ex quo liquet etiam colligere huic Beleno fontem fuiſſe ſacrum. Dicebatur et *Belinus*, quod duae aliae inſcriptt. teſtantur quarum prior haec eſt: *Belino.* Aug. (rel.) Et altera: *Beleno.* Sex. (rel.) Quo factum videri poteſt, ut inſcitia librariorum *e* in *i* ſaepe commutantium, ut in Tertulliano ſcriptum ſit *Dius Bilinus* pro *Deus Belenus*, quod deinde tranſcribentium inſcitia verterit in *Tibilenus.* Ex quib. etiam illud intelligitur, idolum hoc fuiſſe celeberrimum. — Uti tum non ſolum Aquileienſis oppidi incolae, ſed etiam quicunque illum tractum incolerent, Veneti, Aquileienſes agri Italici incolae et Norici. Sic ut *Noricorum* deus non inconcinne a Tertulliano ob id appellatus ſit, — quod manifeſtius facit ſequens inſcriptio: *Beleno* Aug. (rel.) Neque ego adſentior illi, qui duo Aquileienſium numina *Belenum* et *Felenum* contendit, (Egnatius, v. T. 6. P. 2. p. 914. i.) quando loco *B* ſaepe digamma Aeolicum quod noſtro *F* correſpondet forma, poſuerint. Quod autem diximus, eundem hunc *Noricorum* et *Aquileienſium* deum eſſe, propterea quod Norici Aquileienſium tractui eſſent finitimi, id nemini mirum videri debet, cum tractus Aquileienſis Alpibus Iuliis contiguus fuerit, quibus ſuperatis, Noricorum campos patere. Sunt autem hodie partim *Baioarii*, partim *Carniocenſes*, partim *Carinthiani.* Ptolemaeus enim *Iulium Carnicum*, quod nunc *Gorlitiam* opinantur, Aquileienſibus vicinum Carnorum oppidum, medium inter Noricos et Aquileienſes locat. Sed et *Hemonam* Aquileia haud procul diſtantem, ad quam primum veniſſe Maximinum dicit Iul. Capitolinus, quam Herodianus *Emam* vocat. Idem Ptolemaeus inter Italiam ſub Norico Pannoniae civitatem *Hemonam* locat, quam tamen Herodianus, ut diximus, Italiae contribuit. Plinius vero *Aemonam* vocat. Sed omnem tollit dubitationem, quod idem Plin. *Hemonam*, quam alii Italiae tribuunt, ipſe Noricis adſcribat. Quod ſi verum eſt, vicini oportet Aquileienſium finibus fuerint Norici; quocirca nihil mirum, ſi numen quoque commune habuerint. Hanc *Hemonam* Antoninus in Itinerario ſub *Hemoniam* vocat."

Praeterea e Graev. Th. T. 6. in Petri Berthaldi de ara libro ſingul. p. 403. c. 30. Nr. 14. „de Beleno ſ. Belino, — Inſcript. deo *Belatucadro* — Hunc vero eundem eſſe cum Beleno credibile eſt, (p. ſq. i.) *Belis* autem et *Belenus* Apollo eſt. Βέλιν, inquit Herodianus, δὲ καλ. τ. — ἐθέλοντες, (ib. B.) nec omnino obſtat tam varia ſive ſcriptio, ſive pronuntiatio, ſ. terminatio vocabulorum. Depravata enim plerumque ex Aſia in Europam, perinde ac ex Europa in Aſiam transmigrant, quae ſunt eiusmodi, ut non amplius ſit haeſitandum, quin ex uno Belo, i. e. ſole, ad morem priſcorum ridiculum invocato, innumeri illi tituli fuerint propagati."

At Miſc. Obſ. A. V. 2. p. 175. „ſufficiet, obſervaſſe, hunc Belenum non Orientis, ſed Occidentis eſſe deum, Gallis et praecipue urbi Aquileiae proprium, in cuius vicinia multae tales Inſcriptiones inveniebantur, huic Beleno aut Belino dedicatae. Et de hac urbe ſermo eſt, cum Herodiani contextus, ut eum nunc habemus, hunc deum nominat Βέλιν, quod Salmaſius (Nota ad Capitol.) iure merito que in Βέλινον mutavit; et haec lectio merito probatur ab erudito Epiſcopo Hadrienſi, Philippo a Turre, in longa et pulcra diſſert. de deo Belino aut Beleno, (in libr. de monumentis vet. Antii p. 255 - 288.) quam ſi lector conſulat: — liquebit quoque, in communi Gentilium Theologia et cultu, Apollinem deum plane diverſum eſſe a ſole; (iterum que ib. V. 9. p. 107. ad Op-

Digitized by Google

pian. ἁλιευτ. v. 126. text. ἑαδέναι, Cod. ἑαδὼν) Rutgerſius animadvertit, modo omiſſam eſſe alteram virgulam, ut exiſteret ἑαδέναι. qua negligentia ſaepe peccatum. Hinc ap. Herodianum 8, 3, 19. Βέλιν pro Βέλινον, quomodo recte legit Salmaſius ad Capitol. Maxim. c. 22.“

Denique, praeter Dion. Ca. p. 1316. §. 45. ad ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος, ὀνομαζόμενος καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Ἀσίας τιμώμενος „idem Baal, Belus, Elabelus, Aglibolus, Iaribolus, Melachbelus“ quoque Zanetti dedit tum ad Excpt. e Cod. Ve. in marg. „APOLLINI BELENO inſcriptio Aquileienſis Venetiis in aedibus Grimanis, (tum per litteras ad me, primum) Lectionem Βέλεν non Βέλιν, confirmant marmora Aquileienſia, et Herodiani locum illuſtrant; ut videre eſt ap. Philippum a Turre in opere: *Monumenta veteris Antii.* Romae edito, anno 1700. in 4. (deinde rurſus) De lectione verbi Βέλιν et Βέλεν audiendus eſt Philippus a Turre, clarus Foroiulienſium philologus, in praecipua Diſſertatione *de Beleno veterum Aquileienſium deo.* Romae edita an. 1700. cum aliis opuſculis. Plures adfert vir ille inſcriptiones inter rudera Urbis illius maiori ex parte inventas. Ex his unam tantum exſcribo, breviorem ſcilicet, et magis aptam, ut puto, quae Notis inſeratur.

A P O L L I N I
B E L E N O
C. A Q V I L E I E N S I S
F E L I X.

Exſtat hodie quoque Venetiis in aedibus Nobb. Grimanorum. Praeter eas aliae novem ſimiliter habentur ap. auctorem, quae conſtanter vocem BELENO prae ſe ferunt. Quatuor exinde ſunt, in quibus legitur BELINO, et in una tantum BILIENO. Ad eas ſic ſcripſit philologus: „In textu Graeco Herodiani, cuius verba recitavi, legitur Βέλιν. Salmaſius ad Capitol., loco itidem laudato, ſcribendum cenſet Βελῖνον. recte ad fidem noſtrorum lapidum. Diſcriminis cauſam puto, quod qui Belinum uſurparint, Graecam terminationem ſint ſequuti, qui vero Belenum, Romano more vocem extulerint, quod frequentius acceptum fuit, ut in ſaxis et Latinis ſcriptoribus apparet. Hinc verum nomen potius Belenum fuiſſe crediderim, et ex *E* in *I* transitione enatum Belinum. Nam eae voces *cum magnam habeant inter ſe communitatem*, ut inquit Varro de lingua Lat. l. 5. in ſcribendo et pronunciando altera in alterius locum immigrabat ap. antiquos, ex Agellio Noct. Att. l. 10. c. 24. Donato in Terentii Phorm. et Quinctiliano l. 1. c. 4. Exempla quae ad rem marmorariam pertinent peti poſſunt ex Gruteri Indice XIX et Notis Reineſii ad inſcript. 2. claſſis 1.“ Hactenus a Turre. Expende et elige.“

In quibus Zanetti illud vocabulum, quo de quaeritur hic in textu noſtro, ſic dederat, ut obſcurum mihi eſſet, unum ne, an duplicem ſcripſiſſet accentum. In prima quidem vocis iſtius ſyllaba ſcriptum aliquid erat: ſed non poterat a me ſatis diſcerni, an iterum deletum. Et cum poſtea mors iſtius viri interrupiſſet commercium litterarum: non ab eo potui requirere, quid ſcripſiſſet. Qui autem habent ad manus diſſertationem, unde Zanetti ſcribebat, ipſam, facile illi invenient rem. Si igitur duplex ibi ſit accentus: habebimus iſtam, quam in Obſ. M. A. nominabant, virgulam alteram, quae, ut in compendio, poteſt continere ſyllabam ον, ut accipiamus illud Βέλινον, ſi prior virgula pro accentu putetur. Sin ſumas, accentus quondam de more defuiſſe, et Zanetti deleviſſe in prima ſyllaba errorem ſuum, cum

ab initio ſcripſiſſet accentum, qui eſt in edd. vulg., quoniam vidiſſet in differt. illa accentum alium: non ego iſtam figuram ceperim cum auctore pro accentu, nec ſcripſerim Βελῖνοι, ſed pro illo ον compendio. Sed quoniam haec ſine libro iſto exſigno, et tot ſunt in h. l. ſententiarum divortia; in vetere lect. nihil dum licuit novare.

Caeterum beat. Ern. in m. ed. Par. alleverat haec „v. Salmaſ. ad Capit. Maximin. 22. Dorvill. Obſ. Miſc. V. 9. p. 107."

8, 5, 10. e.

Super v. ἀσκεῖν, praeter allata diverſis ſupra locis, corollarium damus hoc, primo in act. et paſſ. univerſe, per varias vel notiones, vel rectiones, Suid. 1, 351. m. 354. m. 2, 81. m. Hſy. 1, 572. i. p. ſq. i. 1661. e. Suic. Bud. C. 436, 8. ſqq. Poſſ. Ca. Abr. ad Ae. T. 1. Koen. Grg. Ind. Sb. Rs. O. V. 7. Dem. Hrdt. Luc. cum Ind. in N. Dion. Ca. Ioſ. v. ἤσκ. Xen. Z. Pol. 'Αvβ. Bach. Cyr. cui add. 1, 5, 8. ſq. 1, 6, 26. (ſed cum adv. εὖ ib. §. 18) 2, 1, 21., tum nominatim pro facere, elaborare, rel., phyſice, de variis rebus, etiam de lana, Hom. cui add. 'Οδ. γ', 438., ſed cum adv. εὖ 'Ιλ. κ', 438. ψ', 743., ut in v. ipſo non per ſe ſit notio illa ſecundaria; porro in paſſ. cum abl. veſtimenti, πέπλῳ, rel. D'Arn. An. Cr., ſed abſolute ἀσκητέον Foeſ. „certandum, luctandum" tum pro exercere, phyſice, in act. Dd. S. et Call., ſed peculiari modo ap. Phil. p. 759. E. m. αὐτὸν — εἰς ἀκόλουθον ἀσκήσας, *ſubornatum ſervili habitu*, immo *pro* ſervo *inſtruens*, adornans, ſubornans; tum act. tropico ſenſu, varie Plut. Hs., ſed cum acc. rei, τὴν ψυχὴν Iſ. Ev., porro virtutis vitii que Phoc. Bg. ad Ar. Plut. v. 47. in Harl. Chr. Hs. ad Plut. p. 117. e. Di. H. S. T. 1. Iſ. Pan. M. p. 54. m., denique per ellipſ. pron. ἑαυτὸν, etc., pro Lat. *exercere ſe*, ſ. *exerceri*, tacente L. Boſ. p. 101. ſqq., tropice, phyſice, L. N. T. (ubi cum inf.) Raph. Polb. cum Rsk. ad eund. et Caſ. ad Suet. Aug. c. 98., ſed cum pr. πρὸς πόνον Δ. Epict. et εἰς Νεμέαν Ael. V. h.

8, 5, 13.

Similiter ad paſſ. v. πολιορκεῖσθαι addimus ſymbolam hanc, ubi proprie habetur de loco que, ſine Ind. Rs. O. V. 3. p. 553. Dem. 11, 19. 14, 16. 139, 7. (ubi add. in act. 96, 22. 124, 2. 254, p. et cum acc. perſ. 257, 11.) ſed de perſ. varia et notione et rectione, ib. 251, 8. Rs. O. V. 6. Xen. Cyr., ubi add. 7, 5, 7. 'Αvβ. 6, 3, 11. ſq. ej. Mem. E. Polb. 1, 829. m. Di. H. S. T. 1. Ael. V. h. Luc. Poſſ. Ca. cuius locus e Dem. partim modo reperitur 764, 23., porro Thuc. 84, 92. ſecundum quidem Gs. Chr., ubi tamen ed. Duk. ἐκπολ. ſine Var. L., tum Abr. Dl. p. 330. e. cum Ind. it. ej. Auct., de navibus adeo, ut ap. Iſ. Pan. M. p. 102. m.

Tum non reperi praeterea gen. νηῶν ap. proſaicos, per Indd. quidem, at, ſi qui eſſent ſeveri, eos ponere triplicis generis ac thematis caſus, atque adeo ſeparatos, qui haberent in prima ſyllaba vocalem α, aut ε, aut η, contra alios miſcere omnia, et ſub nominativo in α et illo ναῦς afferre caeteras formas binas. Sic in Homerico ſeparatim ſtabant ex ordine elementorum ναῦφι et ναῦφιν, tum, ſine nominativo, ſing. gen. νεός, plur. νέες, νεῶν, νέεσσι, νέας, tum νηῦς, νηός, νηΐ, cui add. 'Ιλ. κ', 570. it. νῆ' et νῆα, νῆες, νηῶν, νήεσσι, et νηυσὶν ſ. νηυσὶ, et νῆας, ubi add. 'Ιλ. κ', 281. Qui caſus ſuo ordine et ſunt ap. Hſy. 2, 638. m. e. 659. e. 669. m. 672. e. p. ſq. i. m. 674. i. m. p. ſq. m. 677. m. 680.

Digitized by Google

e. Suid. 2, 601. e. 611. m. 616. e. 619. e., tum ap. Lyc. νηὸς, Orph. νηὶ et νηῶν, Theogn. ναῦν, νηὸς, νηυσὶ, Muſ. νηῦς, Phoc. νῆα, ſed cum his, „a nominat. ναῦς, ναὸς" tum Hſd. „νέας, p. νῆας et ναῦς, a nominat. ναῦς, gen. ναὸς, et Att. νεὼς et Poet. νηὸς, dat. νηὶ, acc. ναῦν, — νηυσὶ, a ναῦς" porro Call. ſub uno ναῦς haec ſimul „νηὸς, νηὶ, νέες, νῆες, νηῶν, νηυσὶ, νήεσσι" denique So. Ai. ſub eodem ναῦς numeros verſuum, ubi ναὶ et νεῶν. Sed in ſcriptorum proſaicorum Indd. ille Sb. mixta dedit, quo ordine repeto, in nominat. plur. ναῦς e Zoſ. 2, 21, 2., tum νῆες ib. 3, 25, 4. it. νηὶ e Xiph. et νηῶν e Noſtro et Eutr. M. l. l., dein νεὼς gen. e Zoſ. 5, 24, 5. e., poſt ipſe „νῆας pro ναῦς, — ναυσὶ" quae ſic capienda, ut ſint ap. Eutr. M. 2, 13, 2. ναυσὶ — νῆας, ſed ib. §. 5. acc. alter ναῦς, tum rurſus ap. Zoſ. 2, 26, 1. νεῶν — ναυσὶ, porro Luc. ſub ναῦς „νεὼς, νηὶ, ναῦν, νῆες" et Ind. in N. ſuper gen. νεὼς et in rem crit. et confuſ. νηῶν pro νέων, it. Fa. Aeſ. Hs. „ναῦς, ναὸς, Att. νεὼς, Ion. νηὶ, — ναῦν" dein Thuc. ſub ναῦς, quae ſubieci eodem ordine, acc. plur. ναῦς, „— νεῶν — νηὶ" tum Ind. in N. e p. 35. N. 91. ſuper acc. plur. qui 34, 91. τὰς ναῦς, ſed „νῆας Suid., quomodo ſemper Herodotus forma Ionica" porro ib. per numeros Ind. Schol. 74, 28. — 45. deinceps ναυσὶν —, νεῶν — νῆες — acc. ναῦς, quae et 10, 12. — 24. it. 459, 37. ſqq. cum ναῦν l. 57. 66. et p. pr. l. 85. 4. ſqq., at 102, 20. νηὶ, cf. 24, 13. 16. 34. 38. p. ſq. l. 43. 50. 93, 82. quibus add. 34, 79. 94. ſq. 98. p. ſq. l. 12. 15. 18. 23. 30. Similiter Fi. Pal. ſub ναῦς tenuit loca per ναῦν, νηὶ et νῆες, et Dd. S. „ναῦς, — αἱ ναῦς — νῆες" quorum poſtr. non erat, ſed alia, in locis cit. 1, 130. l. 16. 24. it. 2, 366. l. 39. 63. 67. 75., ſed νῆες l. 60., tum p. 445. l. 88. νεῶν, l. 98. τὰς ναῦς, it. l. 3. 6. cum N. ad locum primum ſuper nominat. utr. plur., ſed ſeparatim Di. H. S. T. 1. „ναῦς, acc. plur. — νεὼς — νῆας, Ionice pro ναῦς" at poſtr. ex alio ſcriptore, porro nomin. plur. ναῦς ap. Ioſ. 1, 439. ſ. 2. e., denique Rs. O. V. 4. ſub ναῦς — ναυσὶ, ſed V. 6. ſub eodem νῆες, it. V. 8. And. cum acc. plur. ναῦς, ſed ſine Ind. Dem. 886, 4. τὴν ναῦν - τῇ νηὶ et l. 23. τὴν ναῦν eadem que 894, 5. 7. 13., ſed τῆς νεὼς l. 11. et 27.

Praeterea ſuper gen. νεὼς dedi iam ad 1, 11, 10. quibus addo hic e Greg. de dial. p. 27. §. 24. τῆς νηὸς, ἧς ἡ εὐθεῖα ἡ ναῦς, τὸ η εἰς ε τρέποντες, καὶ τὸ ο μικρὸν εἰς ω μέγα ἐκτείνοντες, νεὼς γράφουσί τε καὶ φθέγγονται, quae interea credo, dum reperio alium nominat., qui aeque poſſit ſumi νεῦς, cf. ib. p. 145. §. 125. τὴν ναῦν λέγουσι νᾶν, ad quae N. Koen. „νᾶς Dorienſibus tribuitur — ubi Ms. Leidenſis: νηῦς, παρὰ τὸ νέω, τὸ νήχομαι. τοῦ ὀνόματος εὐθεῖαι πολλαὶ, ΝΕΥΣ, νηῦς, ναῦς, παρὰ Δωριεῦσι δὲ νᾶς" a quo poſtr. ipſe Koen. deinde videtur derivare dat. τᾷ ναὶ et acc. τὰν νᾶν, et ab hoc aeque poterit duci gen. ναὸς, ac a ναῦς.

Sic ſuper acc. plur. τὰς ναῦς conſtat, quid dederit Spanh. ad Ar. Ran. v. 49. poſt quae Weſſ. ad Dd. S. l. l. et in Obſ. Var. p. 134. conſtituit, Thuc. ponere in nomin. αἱ νῆες, ſed in acc. τὰς ναῦς, quae probantur ad Moer. p. 266. N. 2. ſic „νῆες Atticos in nomin. dicere, ναῦς in acc. — Semel ap. Ariſt. Ach. v. 924. legitur αἱ νηῦς" pro quo tamen Pierſ. aliter legit. Poſtremo ad Thom. M. p. 626. νῆες ἐπὶ εὐθείας, οὐ ναῦς, ἐπὶ δὲ αἰτιατικῆς ναῦς, οὐ νῆας, nihil improbatur.

Vulgaris quidem praeceptio repetitur in L. Ern. „ναῦς — In proſa τῆς ναὸς, τῇ νηὶ, τὴν ναῦν. αἱ ναῦς, αἱ νῆες, τῶν νεῶν, τῶν νηῶν, ταῖς ναυσὶ, τὰς ναῦς. Poët. ἡ νηῦς, τῆς νηὸς, ταῖς νηυσὶ, it. τῆς νεὼς, τὰς νέας, (et in P. 2. p. 224.) νᾶν, Dor. pro ναῦν, a ναῦς, (p. 226.) νῆ' pro νῆα,

poet. pro ναῦν, a ναῦς, - νηΐ, Ion. pro ναΐ, a ναῦς, - νηὸς, Ion. pro ναὸς, a νηῦς, pro ναῦς, - νηῦν, Ion. pro ναῦν, a ναῦς, - νηυσὶν, Ion. pro ναυσὶ, ab eod.“ ne producto quidem gen. illo νεώς.

Patere credo, quo modo ego quidem declinationes conſtituam, e diverſis thematibus, νὰς ſ. ναῦς, ναὸς, ναΐ, νᾶν ſ. ναῦν, αἱ ναῦς, ναῶν, ναυσὶ, ναῦς, ſed νεῦς, νεὼς, νέες, νεῶν, νεσὶ ſ. νέεσσι, νέας, ubi ſane ſing. dat. et acc. deſideratur, denique νηῦς, νηὸς, νηΐ, νηῦν ſ. νῆα, νῆες, νηῶν, νηυσὶ ſ. νήεσσι et νῆας.

Iam ex his omnibus iudicium fieri poteſt de lect. ap. Noſtrum, eſſe illam quidem e dialecto Ionica, quam forte ab initio poëtae ſuſceperint, et hinc, iſtis finitimi, hiſtorici, ſed poſtea etiam alii proſaici, ut oratores, cum ap. Dem. viderimus ſupra dat. ſing. τῇ νηΐ, ap. quem forte et reliqui caſus. Variari porro a Noſtro cum locorum ſuperiorum νεῶν, cf. proxime 8, 4, 9. 11., non minus patet, quam in illis πίσσα et πίττα. Denique, ſi vel maxime tantum ap. Eutr. Met. eundem gen. νηῶν reperi: tamen propterea iam probari licet, quoniam alii ſupra alios eiusdem formae uſurparunt caſus; ut ſaltem per analog. ſcribatur a Noſtro, ni et cum auctoritate, praeter Eutr. M., aliorum proſaicorum, quos forſan ſciverint alii, praeter me, qui, ut in aliis rebus diiudicandis, ſic et in hac ab Iudicum edictis pendere modo debui.

IRMISCI EXCVRSVS, SVPER REBVS.

I.

AD VARIA LOCA PER EXCERPTA EX HISTORICIS ALIIS, POTISSIMVM AD ANNOS IMPERII ET VITAE.

Ex hiſtoria eccleſ. Euſeb. ed. Reading. 1, 250. l. 32. Κομόδου δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσι καταλύσαντος, αὐτοκράτωρ Σεβῆρος, οὐδ' ὅλους μησὶν ἓξ μετὰ τὴν τοῦ Κομόδου τελευτὴν Περτίνακος διαγενομένου, κρατεῖ, interim, cum per tredecim annos Commodus imperium tenuiſſet, (immo *poſt* 13 *annos* imperium *finiſſet*,) ac *poſt* eius *obitum* Pertinax *ſex* circiter *menſium* ſpatio *remp. adminiſtraſſet*, Imperator *Severus* ſumma rerum *potius eſt*, cum Notis his:

a) Cum Commodus die decima ſeptima menſis Martii anni Chriſti CLXXX imperare coeperit, et, uti habet Lampridius in eius vita c. 1. pridie Kalendas Septembres, patre patruo que conſulibus, id eſt, anno Chriſti CLXI natus fuerit, recte ſcribit Dio, regnaſſe Commodum annos XII menſes IX dies XIV, vixiſſe vero annos XXXI menſes IV, cum ultimo huius anni die interfectus fuerit. *Ant. Pagi* ad annum Chriſti 192.

b) Helvius Pertinax ex Praefecto urbis factus eſt Imperator. Id enim diſerte uterque Victor tradit, et indicat Capitolinus in Pert. c. 4. qui et teſtatur, eum opera Laeti praefecti Praetorio ad imperium evectum eſſe, cui ſuffragatur Herodianus l. 2. c. 1. (§. 6. ſqq.) Interfectus

autem eſt V Kalendas Apriles, Falcone et Claro Coſſ. Vixit annis ſeptuaginta, menſibus ſeptem, diebus viginti ſex. Imperavit menſibus duobus, diebus viginti quinque, inquit Capitolinus in Pert. c. 15. Rectius autem Dio ſcribit, Pertinacem vixiſſe annos LXVII, quatuor menſibus et tribus diebus exceptis, regnaſſe vero dies octoginta ſeptem. Laudatus itaque Capitolini locus corruptus eſt. *Idem* ad an. Chr. 193.

(tum p. 251. b. e.) Pertinaci ſucceſſit Didius Iulianus, qui, ut habet Dio, imperavit dies ſexaginta ſex; ideo que die prima Iunii occiſus eſt; quod confirmat Spartianus in Iul. c. ult. *Idem* ibid.

Sed p. 266. l. 1. *ἐπὶ δέκα δὲ καὶ ὀκτὼ ἔτεσι τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσαντα Σεβῆρον Ἀντωνῖνος ὁ παῖς διαδέχεται, interea* cum *Severus* decem *et* octo *annis* imperium *tenuiſſet*, Antoninus *filius* in *eius* locum *ſucceſſit*.

Not. Septimius Severus, Lepti in Africa oriundus, patre Geta, matre Fulvia Pia, anno Chr. CXLV. Occiſo Pertinace, Imperium occupavit an. Chr. CXCIII. Inter alia multa, quae geſſit, Britannos rebellantes domuit, ingenti muro illis coërcitis, cuius rudera, nomen eius retinentia, adhuc conſpiciuntur. Eboraci in Anglia extinctus eſt an. Chr. CCXI. Imperii XVIII. Vide Hofmanni Lex. Univerſale. Dio lib. 76. de Severo ſcribit: *morbo* extinctus eſt pridie nonas *Februarii*, i. e. die quarta Februarii. Paulo poſt ſubiungit: Vixit annos LXV, menſes IX, dies XXV: erat enim natus III Idus Aprilis. Regnavit annos decem et ſeptem, menſes octo, dies tres. Erravit Spartianus, ubi ait, *Ipſe* natus eſt Erucio Claro bis, et Severo Coſſ., ſexto Idus *Apriles*, anno ſcil. Chr. CXLVI, die octava Aprilis; quod utrumque falſum, ut Dio, qui tunc vivebat, nos dubitare non ſinit. *Ant. Pagi* Crit. ad ann. Chr. 211. p. 198.

p. 285. l. 12. *Ἀλλὰ γὰρ Ἀντωνῖνον, ἔτη βασιλεύσαντα ἑπτὰ καὶ μῆνας ἕξ, Μακρῖνος διαδέχεται. τούτου δ᾽ ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν διαγενομένου, αὖθις ἕτερος Ἀντωνῖνος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, caeterum* Antonino, *cum* per *annos* ſeptem *ſex* que *admodum* menſes *imperaviſſet*, ſucceſſit *Macrinus*. Qui *cum* usque *ad* anni *unius* ſpatium *vitam* ſimul *atque* imperium *protraxiſſet*, alius *denuo* Antoninus *principatum* Romanum *accepit*, cum N.

b. Ἀντωνῖνον) Dio l. 78. Caracallam Macrini inſidiis occiſum teſtatur *VI Idus Aprilis*, die nempe octava menſis Aprilis; addit que poſtea, *at* illo ſublato, non aperte quidem, nec ea die, nec duobus ſequentibus imperium invaſit *Macrinus*. Tum: *Sic* quarta demum die, quae Severi natalis erat, Imperator ab iis (militibus) quaſi vi coactus ſcilicet, creatus *fuit*. Natale Severi in diem undecimum menſis Aprilis incidit. Quare cum ea quarta eſſet a Caracallae interitu, eum die octava Aprilis interfectum fuiſſe, certum eſt. Natus eſt anno CLXXXVIII. occiſus an. CCXVII. vixit ergo annos XXIX, imperavit VI, cum duobus menſibus et aliquot diebus, ut Xiphilinus et Zonaras teſtantur. *Ant. Pagi* Crit. Vol. 1. p. 201.

c. Μακρῖνος) Macrinus die undecima menſis Aprilis Imperator nuncupatus, ut ſupra diximus, circa tertium diem Iunii anni ſequentis, a ſatellitibus Elagabali interfectus eſt. Imperio igitur praefuit anno duntaxat uno, duobus que menſibus, ut habet Dio l. 78. *Ant. Pagi* ibid.

d. *ἕτερος Ἀντων.*) Pſeudantoninus Heliogabalus, ſive Elagabalus, — nam finxit ſe Antonini Caracallae fuiſſe filium —, Imperator perditiſſimus, tumultu militari occiſus eſt anno CCXXII, poſtquam regnaſſet *annos* tres, menſes novem, et dies *quatuor*, inquit Dio l. 79. aetatis anno XVIII. *Ant.* Pagi ib. p. 206.

p. 286. l. l. *αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτοις διαδέχεται τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἐπὶ τέτταρσι μόνοις ἔτεσιν Ἀντωνίνου διαγενομένου. — τοῦ δὲ αὐτοκράτορος μήτηρ Μαμαία τοὔνομα. λ.* Alexander *poſthaec* Romanum *imperium* capeſſivit, *cum* Antoninus *quadriennium* duntaxat *regnaviſſet.* — Porro *mater* Alexandri *Imperatoris* Mamaea *nomine* etc. cum N.

a. Μαμαία) *Maeſa,* Iuliae Auguſtae ſoror, duas filias habuit, Soaemidem et *Mamaeam,* inquit Xiphilinus apud Dion. l. 78.

p. 293. l. 7. *τός γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον, τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται, interea* caeſo *Alexandro* Imperatore, *qui* tredecim *annis* regnaverat, *in* eius *locum* ſuccedit *Maximinus*, cum N.

a. Ἀλεξανδρ.) Alexander Severus Maximini iuſſu occiſus eſt anno Chr. CCXXXV. *Imperavit* annis XIII, diebus novem. Vixit annis XXIX, menſibus tribus, diebus *ſeptem*, inquit Lampridius in Alex. c. 60. Ant. Pagi ad dictum ann. Chr. qui ſic corrigit poſteriora Lampridii verba; *Vixit* annis XXIX, menſibus quinque, diebus quatuordecim.

it. I, 19. *οὐ πλείονος, ἢ τριετοῦς χρόνου τῷ Μαξιμίνῳ διαγενομένου*, cum *Maximinus* non *plus*, quam *triennii* ſpatium *perduraſſet*, cum Not.

b, *οὐ πλείον.*) Maximinus poſt diem decimum quartum menſis Martii anni CCXXXVIII, quo Tribunitiam Poteſtatem IV iniit, trucidatus, recte que ab Eutropio ſcriptum: *a* Pupieno Aquileiae occiſus eſt, deſerentibus eum militibus ſuis cum filio adhuc puero, cum quo imperaverat triennio et paucis *diebus.* Victor in Epitome, Euſebius tam in Chronico, quam in Hiſtoria, Oroſius, S. Epiphanius, alii que, qui Maximino annos tres aſſignant, numero rotundo loquentes, hanc ſententiam confirmant. Ant. Pagi Crit. Vol. I. p. 222. Qui ſcribit, duos Gordianos in Africa adverſus Maximinum Imperatores dictos anno Chr. 237. ac non multo poſt occiſos, et in eorum locum ſubrogatos Pupienum et Balbinum, et Gordianum iuniorem ſenioris ex filia nepotem Caeſarem deſignatum. Anno autem ſequenti Pupienus et Balbinus, dum inter ſe concordes non ſunt, a militibus contrucidantur.

I, 26. *Γορδιανοῦ δὲ μετὰ Μαξιμῖνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, interim* cum *Gordianus* in *Maximini* locum *ſucceſſit* rel.

Digitized by Google

EXCVRSVS
II.
AD VARIA LOCA SIMVL

3, 2, 13. ſqq. et 3, 6, 18. ſqq.

Νικαεῖς δὲ, τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει λ. — τὸ Βυζάντιον — κώμῃ δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη, ὥσπερ καὶ Ἀντιόχεια Λαοδικεῦσιν. it. 4, 3, 15. *τὴν Ἀντιόχειαν ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐ πολύ τι τῆς Ῥώμης — μεγέθει ἀπολειπούσας.*

Praeter ea, quae in Not. ad hunc locum dedi e Spanhem. de Pr. et u. n., ſubiicimus inde haec quoque ex 1, 632. „de *πρώτης* ſ. *πρώτων* ſ. primatus urbium appellatione in numis. — Urbes, ſuarum gentium capita, dicuntur *metropoles*, atque etiam *πρῶται* ſ. primae. (p. 633.) de *πρώτης* titulo in numis Nicomediae et Niceae in Bithynia: — Diverſa eſt ratio, iuxta quam vox *πρώτης* non ad ius ac dignitatem primae metropoleos, ſed ad alium quendam Primatum reſpicit, quem deberi ſibi contendebant nobiles alicuius gentis ſ. provinciae Romani orbis civitates. — Nicomedia ſola illa dignitate in ea Rom. orbis provincia fruebatur metropolis primae Bithyniae. Nicaea, altera nobilis Bithyniae civitas et Nicomediae aemula, non metropoleos quidem, ſed primae tamen urbis Bithyniae titulum ac decus ſibi vindicabat. Unde orta continuo inter eas urbes de illo primae titulo controverſia, quam Nicaea concedere nolebat Nicomediae. (p. 634.) Metropoleos nomen Nicomediae proprium, ſed alterum *primae* commune utrisque, Nicomediae et Nicaeae. (p. 635.) Nicomediae non Bithyniae ſolum primae manſit metropolis nomen, ſed iis etiam magnitudinis aliorum que decorum incrementis ita aucta eſt paulatim ac ornata, ut eam urbi Romae coaequare ſtuduerint olim. Certe iam ante *quarto* haberi poſt Romam loco inter urbes Rom. imperii meruit eadem Nicomedia, atque ita, ut ipſam Antiochiam in eo ordine *tertiam* pulcritudine ſuperare crederetur. (p. 635.) Libanius ſua aetate Nicomediam quatuor ſolis in orbe Rom. urbibus magnitudine inferiorem tradit, Roma nempe, Conſtantinopoli, Alexandria et Antiochia, alibi vero, Nicomediam magnitudine quidem quatuor aliis in orbe Rom. urbibus, non vero pulcritudine cedere. (p. 636.) de *πρώτων* titulo in numis Epheſi, Smyrnae, Pergami, in Proconſulari Aſia. (p. 640.) de templis, certaminibus gloriari et de iisdem contendere. (p. 642. e. ſq.) Primatus ratione magnitudinis vel pulcritudinis earundem urbium, — de privilegiis vel decoribus, — de eo primatu, quem in communibus gentis conciliis, templorum — praerogativa — ſacrorum et ludorum concelebratione et pro ſalute et in honorem imperatorum celebratione. —

EXCVRSVS
III.
AD VARIA LOCA,
POTISSIMVM E NVMISMATIBVS.

E Spanh. de Pr. et u. n. praebemus modo ſummaria haec 1, 392. de imperatoris titulo, p. 397. de *βασιλέως* titulo, Romanis imperatoribus tributo, p. 401. de nomine imperatoris, *βασιλέως* et *αὐτοκράτορος*, Caeſaribus etiam dato, p. 434. de titulo pii et felicis, p. 482. de titulo *Domini* in numis Imperatorum, p. 501. de imperatorum Cognominibus, e victoriis devictis ve gentibus aſſumtis, p. 531. de congiario, in ſuggeſtu praebito, ubi in quatuor numis comparet tribunal ſ. ſuggeſtum cum gradibus, quibus adſcendebatur, tum ſedens in curuli ſella imperator, cf. p. 533., ſed p. 557. de abolitis tributis, ubi in ſuggeſtu ſine gradibus ſedet imperator in ſella curuli, tum p. 575. Romanum imperium, conſtans regnis, urbibus ſ. civitatibus liberis et provinciis. — ſubactis Mithridatis gentibus, aliae libertate donatae, aliae in provinciae formam redactae, aliae regibus datae. — Interdum Rom. imperium ad duo hominum genera relatum, *foederatos*, i. regna et civitates liberas, aut *ſubiectos*, i. provincias. — p. 576. titulum ambiebant *φιλορωμαίου*, *amici Romanorum*, et ſignabant in numis, Ariarathes et Ariobarzanes, Cappadociae reges, Mithridates, Ponti, Evergetes et Mannus, Arabiae, — qui et dicuntur *inſervientes* reges. — p. 579. m. de Abgaris Edeſſenorum regulis, ib. e. de Numidiae et Mauritaniae regibus, — p. 586. m. de regibus Parthis, Armeniis, etc.

Sed aliunde habui, neſcio unde, ſi non e Vaillant. T. 2., haec e numis:
Antoninus P. — Imp. T. Ael. Caeſ. Hadr. Antoninus — *Fauſtina Maior.* — Fauſtina Aug. Antonini Aug. — Diva Aug. Fauſtina -- Fauſtina Auguſta. -- *M. Aur. Antoninus Philoſ.* — Aurelius Caeſar Aug. Pii F. -- Aurelius Caeſar Aug. Pii F. Cos. Deſ. -- M. Antoninus Aug. Arm. Parth. Max. -- M. Aurel. Antoninus Aug. -- M. Antoninus Aug. Imp. II. -- M. Antoninus Aug. Germ. Sarm. Tr. P. XXXI. Imp. VIII. Coſ. III. P. P. -- *Fauſtina Minor.* -- Fauſtina Aug. Pii Aug. Fil. -- Fauſtina Auguſta. — Φαυστινα Σεβαστη -- *Lucius Verus.* -- Imp. L. Aurel. Verus Aug. -- Imp. L. Verus Aug. -- L. Verus Aug. Arm. Parth. Max. -- L. Verus Aug. Armenicus. — *Lucilla.* -- Lucillae Aug. Antonini Aug. F. -- *M. Commodus.* -- M. Comm. Ant. P. Fel. Aug. Brit. -- M. Commodus. Antoninus. Aug. Lib. Aug. V. Tr. P. VII. Imp. IIII. Cos. -- L. Aurel. Commodus Aug. -- M. Commodus Anton. Aug. Pius. -- M. Commodus Ant. Aug. P. Brit. -- L. Ael. Aurel. Commod. Aug. P. Fel. -- *Criſpina.* — Criſpina Auguſta. -- *P. Helvius Pertinax.* -- Imp. Caeſ. P. Helv. Pertin. Aug. -- *Peſcennius Niger.* -- Imp. Caeſ. C. Peſcen. Niger. IVS. -- *Clodius Albinus.* -- D. Clod. Sept. Albin. Caeſ. -- D. Clod. vel Clodius Albinus. -- Imp. Caeſ. D. Clo. Sep. Alb. Aug. -- Imp. Caeſ. D. Clo. Albin. Aug. — *Septimius Severus.* -- Imp. Caeſ. L. Sep. Sev. Pert. Aug. -- L. Sept. Sev. Pert. Aug. Imp. X. -- *Iulia. Domna. Auguſta.* — Iulia Auguſta. -- *Anton. Caracalla.*

Digitized by Google

- Antoninus. Pius. Aug. Germ. - Antoninus. Pius. Aug. Brit. - M.Aur. Antoninus. Caeſ. - M. Aur. Antoninus. Caeſ. Pontif. - Antoninus Auguſtus. - *Plautilla.* - Plautillae Auguſtae. - *Septimius Geta.* -- P. Septimius. Geta. Caeſ. - Pontif. Coſ. II. - P. Sept. Geta. Caeſ. Pont. - *Macrinus.* - Imp. C. M. Opel. Sev. Macrinus. Aug. -- *Elagabalus.* -- Imp. Caeſ. M. Aur. Antoninus. Aug. -- Invictus. Sacerdos. Aug. adſtat arae ignitae, dextra pateram, laeva vero facem ſ. clavam tenens. -- Summus. Sacerdos. Aug. imperatoris ſacrificantis velati, cum tegmine capite Syriaci, dextra pateram, laeva lauri ramum tenentis. -- *Iulia Paula.* -- Iulia. Paula. Aug. -- *Iulia. Maeſa. Heliog. avia.* -- Iulia. Maeſa. Aug. -- *Soemias. Heliog. mater.* -- Iulia. Soaemias. Aug. -- *Sev. Alexander.* -- Imp. C. M. Aur. Sev. Alexand. Aug. -- Pontif. Max. Tr. P. II. Coſ. II. P. P. -- M. Aur. Alexander Caeſ. -- M. A. Sev. Alexander Aug. -- Imp. Alexander Pius Aug. -- *Orbiana.* -- Sal. Barbia Orbiana. Aug. -- *Iulia Mammaea.* -- Iulia Mamaea Aug. -- *C. Iul. Ver. Maximin. Thrax.* -- Maximinus Pius Aug. Germ. -- Imp. Maximinus Pius. Aug. -- *C. Iul. Verus Maximus* -- Iul. Verus Maximus Caeſ. -- Imp. Maximus Caeſ. Aug. -- *Gordianus Africanus Pater.* -- Imp. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. -- *Gordianus Afer Filius.* -- Imp. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. -- Imp. Caeſ. M. Ant. Gordianus Aug. -- *D. Cael. Balbinus.* -- Imp. Caeſ. Balbinus. -- Imp. C. D. Cael. Balbinus Aug. -- *M. Clod. Pupienus.* -- Imp. Caeſ. M. Clod. Pupienus Aug. -- *Gordianus III. Pius.* -- Imp. Caeſ. M. Ant. Gordianus Aug. -- Imp. Gordianus Pius Fel. Aug. -- Imp. Caeſ. Gordianus Pius Aug.

E Beger. Theſ. 2, 721. numus Gordiani fil. videtur pertinere ad 7, 9, 10., ſed p. 722. numus Maximi eſt nomine Pupieni et quoque Pupien. Maximi., at ib. num. 5. victoria de Maximino (ſic enim leg. non Maximus) ad 8, 6, 12. ſq., tum num. 7. in liberalitatem ad 8, 7, 19., porro p. 723. num. Balbini 1. et 3. it. p. ſq. 1. et 2, ad 8, 8, 1., denique p. 724. num. Gordiani tert. tum 3, 144. et p. ſq. num. Gordiani ad 7, 7, 4.

E Landi autem Numiſm. ſelect. p. 154. Macrinus, felicitas temporum. mulier cum caduceo et cornu copiae, ſtolam nonnihil levans. Landius refert tantum ad ſtipendia militaria: ſed pertinet fortaſſis ad 5, 2, 5.

Tum ex Imperatorum Rom. numiſmatis Car. Patini plura haec, exſignata, cum Lipſiae eram hyeme 1789, librum praebente liberalitate Breitkopfii Patris, Viri Celeberrimi e tum arte ſua typographi, tum litteris aliis, p. 208. num. *L. Aurel. Commodus Caeſ. Aug.* EΠ. *Germ.* Aurelius Commodus M. Aurelii filius, ex adulterio natus credebatur. Congruens ei corporis modus praeter aetatis florem, pulcra virilis que facies, tranquillae faces atque micantes, flava et criſpa caeſaries, ut in ſole ambulanti velut igne quodam rutilaret, (e P. Vs. 1, 7, 8. ſq.) -- Natus erat annos decem et novem, cum pater eius moritur rel. -- ſtrangulatur aet. 32. imp. 13. ib. p. e. quatuor numi, in quibus tertius triumphum exhibet ſic

Tr. P. II. Coſ. P. P.
in medio tropaeum cum S. C.
ſub tropaeo duo ſedentes viri
De Germ.

Digitized by Google

ib. quartus, Congiaria frequentia fuiſſe ſub Commodo docet Xiph. et Lampr.

Liberalitas Aug.
S. C.

Hanc ſummam, quae unicuique pendebatur, ad LXX ducatos aureos Erizzus aeſtimat.

ib. quintus, non expoſitus in Notis, pertinet fortaſſis ad 1, 10, 16.

P. P.
S. P. Q. R.
Laetitiae
C. V.

p. 209. numi 1. 2. 3. Veſanum imperatorem ſub Dei habitu exhibent huius tabellae nummi. Xiph. Lampr. Hercules Romanus dici voluit propter feras occiſas et elephantum conto et orygem haſta transfixum. Primus numus erat hic:

Hercules Romanus Aug.
S. C.
cum tropaeo, Hercules nudus
cum clava et pelle.

p. 216. ſq. numi *Pertinacis*, ubi p. 216. c.

Imp. Caeſ. P. Helv. Pertinax Aug.
cum capite radiato.

p. 218. num. *Iuliani*

Imp. Caeſ. M. Did. Iulian. Aug.
cum capite ſimili.

ib. num. eius uxoris, a qua perſuaſus imperium ſuſcepit (ad 2, 6, 10.)

Manlia Scantilla Aug.
cum capite ſolo ſ. protoma.

p. 219. num. *Peſcennii Nigri.*

Imp. Caeſ. Peſc. Niger Iuſt. Aug.

p. 220. ſq. num. *Decimi Clod. Septimii Albini.*

D. Clod. Sept. Albin. Caeſ.
(protoma)

p. 222. ſqq. num. *Severi.*

Septimius Severus Pius Aug.
caput laureatum.

ib. p. e. num. ſecundus

Cos.
III.
Lud.
Saec.
Fec.
S. C.

ad quem haec ſcripta. „Quanquam popularis eſſe in primis volebat edendis omnifariam magnificentiſſimis ſpectaculis, centenis etiam saepenumero occiſis belluis, quas omnibus regionibus noſtris barbaris que conquirebat. Sed et congiaria dedit uberrima, et certamen propoſuit, undique accitis ludionibus atque athletis. Vidimus item ſub illo quosdam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, ſimul que ſupplicationes et pervigilia ad formam Cereris initiorum. Saeculares hi tunc appellabantur, celebrati, ut aiunt, decurſo trium ſpatio aetatum. Si-

Digitized by Google

quidem urbe tota atque Italia praecones itabant convocatum omne ad ludos, quos nec vidiſſent hactenus, nec viſuri poſtmodo forent: itaque ſcilicet intervallum praeteritae futurae que celebritatis ſupra omnem eſſe hominum aetatem ſignificantes, (e Pol. Vs. partim.) Haec Herodianus l. 3. (ſine Gr. 3, 8, 15. ſqq.) Octavum itaque Severus ludos ſaeculares celebravit anno Urbis DCCCCLVII. 11.

p. 223. num. 5. Occiſo Pertinace, legiones Illyrici imperium Severo detulerunt, quae fideliſſimae ipſi perpetuo fuerunt, acriter que pro eo in Peſcennium et Albinum pugnaverunt. Earum fides per hunc nummum celebratur, (qui erat p. 222. ultimus et quintus, pertinens ad 2, 10, 19.)

Fidei Leg. Tr. P. Coſ.
S. C.
cum Pallade, quae victoriam in manu tenet.

p. 223. e. tres deinceps numi. Victoriarum Severi haec ſint monumenta. I. Victoria Britannica clypeo arbori appenſo ſuam ſcribit ſymbolam (ad Herodi. 3, 7.) II. Circa Arabiam plura geſſit, Parthis etiam in ditionem redactis. -- Parthicus -- C. Spartian.) quod indicat Victoria Parthica Maxima. (numus ipſe ſignatus erat ſic, pertinens ad Herodi. 3, 9. maxime que ib. §. 21. ſq.)

Vict. Parth. Max.
cum imagine Victoriae.

p. 224. Teſtes ſint hi nummi amoris S. P. Q. R. in Severum. -- Tertius nummus gaudium publicum teſtatur. Xiph. Occiſo Iuliano Severus in urbem venit, quum que ſediſſet in equo usque ad portas urbis, amictus veſte equeſtri, inde urbana indutus, pedibus introiit. Comitabatur eum omnis exercitus, pedites equites que armati conſequebantur, (numus ipſe, pertinens ad 2, 14, 1., fuit hic.)

Adventui Aug. Feliciſſimo
S. C.
imago, eques ſ. homo ſedens in equo,
quem praeit pedes armatus.

p. 225. num. tertius

Col. Aug. Tro.
(imago, equus)
A.

Colonia Auguſta Troas. -- Veriſimile eſt, obſeſſo aut capto Byzantio, vicinas civitates, et praecipue Romanorum colonias, victoris animum ſibi conciliare conatas, a quo ſuam expectabant conſervationem, et fortaſſis diruti Byzantii campos, quod Perinthiis contigit, cf. p. 233. i. et Herodi. 3, 6, 18. ſqq.

p. 227. numus, una parte cum capite Severi laureato A. CEΠ. CEΟΥΗΡΟC ſed altera parte caput cum tiara BACIΛ. MΕΓ. ΑΒΓΑΡΟC. qui numi duo per lineam iuncti. „Foedus Imperatoris Romani et Edeſſenorum Regis duo hi nummi demonſtrant, quo Parthorum Regem ſimul aggredientes percuſſerunt. Abgarus Severo filios ſuos obſides dederat, ſagittarios plurimos et exercitum Romanis iunxerat, quibus usque ad Ceſiphontem glorioſe perventum eſt. Herodi. l. 3. (3, 9. 4. 15.) Cum Romam inde veniſſet non diſſimili pompa, ac Neronis temporibus Tiridates, *Rex Magnus* a Severo dictus eſt, BACΙΛΕΥC ΜΕΓΑC, (ſed p. 192. e. numus

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΒΓΑΡΟΣ, Abgari caput, Perſica tiara et diademate ornatum.

p. 227. e. numi duo iuncti, caput Severi et caput Iuliae in medio templo ΑΥΓ. ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ it. p. ſq. i. numus cum protoma ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕΒ.

p. 230. Honores Iuliae delati nummis -- p. 231. e. cum protoma ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ, ſed alter ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

p. 232. numus decimus quartus ΕΜΙΣΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑ. De Emiſa ſ. Emeſſa dictum eſt in Antonini nummis. Ex ea natam eſſe Iuliam Domnam ſcribunt Dio et Herod. (qui 5, 3, 2. modo, *Μαισὰ ἦν τις ὄνομα, τὸ γένος Φοίνισσα, ἀπὸ Ἐμέσου, καλουμένης οὕτω πόλεως ἐν Φοινίκῃ. ἀδελφὴ δὲ ἐγεγόνει Ἰουλίας μὲν τῆς Σιβήρου γυναικός, λ.)* Quare non mirum, ſi ea ipſi ſuum nummum dicaverit.

p. 234. numi Caracallae. pag. e. Imp. C. M. Aur. Anton. Pius Aug. Brit. cum capite laureató. p. ſq. i. -- in Meſopotamia inter Carras et Edeſſam, inſidiis a Macrino poſitis, per Centurionem pugione traiectus eſt, dum ſubligacula deduceret ventris que oneri levando intenderet, (partim e P. Vs. ad Herodi. 4, 13, 11.) Macrinus mortem eius deplorans, corpus cremari iuſſit, reliquias in urna novercae aut matri Iuliae ad ſepulturam miſit, quas in ſepulcro Antoninorum condidit, (ib. §. 14. -- 16.) Vixit 43. imperavit 6.

p. 235. m. in numis de Caracalla victore Britanniae primus (ad Herodi. 3, 15, 17.)

Victoriae Britannicae
(figura Victoriae, in clypeo ſcribentis)
S. C.

p. 236. num. tertius

P. M. TR. P. XVIII. Coſ. IIII. P. P.
(imagines, Aeſculapius cum Teleſphoro)
S. C.

Caracallam *Pergamum adiiſſe, ut Aeſculapii curationibus uteretur*, ſcribit Herodi. (4, 8, 8. e P. fere.)

p. 240. numi duo iuncti

Antioch. Col. Caeſ. et Antioch. Gen. Col.
(imago, deus lunus ſtans) (imago, genius)
cf. p. 173. ſq.

Antiochenſis colonia duos hos numos in honorem Caracallae cudi curavit, in qua per hyemem deliciis fruebatur. Herodianus (4, 8, 15. ſqq.) tradit, eum Ilio decedentem, Aſia que omni et Bithynia, gentibus que reliquis pertranſitis, atque ubique rebus compoſitis, deveniſſe Antiochiam, ibi que exceptum honorificentiſſime atque aliquamdiu moratum. -- Praetermittendus tamen non eſt Spartiani locus, quo conſtat, Caracallam, cum hybernaret Edeſſae, Carrhas Luni dei gratia veniſſe.

(in marg. citatus „Herodi.“ reſpicitur in 4, 13, 7. ſq. Imago tota dei Luni erat haec: figura feminae, in cuius humeris eminent cornua lunae, et homo in dextra tenet longum ſcipionem, ſed in ſiniſtra victoriam; ad pedem dextrum gallus gallinaceus. Sed p. 173. in eadem figura eſt eminens galerus, formam referens unius cornu lunaris.

Digitized by Google

p. 241. num. nonus

BYZANTIΩN

(imago, uva racemi.)

Byzantii uvam racemi obtulerunt ſuo Imperatori indicandae ſuae telluris fecunditati (cf. Herodi. 3, 1, 12.) et praeſtantiae, ſ. quod *ipſe vini appetens erat*, teſte Spartiano, quod eximium prodit ex Byzantino ſolo.

p. 243. num. tertius ΣΕΛΕΥΚΙΑC ΠΙΕΡΙΑC, Seleucia Πιερία, i. Seleucia Syriae, cum capite Iuliae Domnae, ex Syria ortae, (cf. p. 232.) quam ut deam ſuam Seleucienſes colere ſimulabant.

p. 245. num. ſecundus. Caracalla Alexandrum M. in ore ſemper habuit, (pertinens ad Herodi. 4, 8, 2. ſqq., habens que inſcripta NON MAKEΔONΩN CO. B., tum ſubtus IOΥ. cum imagine totius Alexandri, porrigentis aliquid Bucephalo, ſeſe erigenti in altum.)

ib. num. tert. Caracalla, Nicomediae hybernans, exercuit phalangem Macedonicam, (cf. Herodi. 4, 8, 6. ſq. Sed ipſe numus habet, poſt puncta quaedam . . . . . NEIKOM . . . . tum imaginem tripodis cum lauro, corona et angue paſcente.) De Nicomedienſib. dictum eſt p. 132. ſq. dum eorum originem ad anguem ſpectantem explicavimus. Tripus quidem et lauri ramus et corona myſterium quoddam deſignant, quod Apollini tribuendum videtur.

ib. num. quart. habitus Aſtartis Veneris, quae dea in Syria ſummo cultu colebatur, cf. Herodi. 5, 6, 10., ubi ab Heliogabalo Romam accerſitus. Ipſe numus eſt hic. Dea, ſub arcu, ſuſtento quatuor columnis, ſtat, in capite gerens coronam muralem, in corpore ſuccinctum amiculum, dextra ſcipionem ſ. haſtam, cum caligis brevioribus, dextrum in roſtro navis pedem ponens. Subtus

ANΘHΔO NOC

p. 249. num. prim. Plautilla Auguſta et p. ſq. num. ſecund. ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ CEB. (cum protoma, it. num. 4. cf. Herodi. 3, 10, 10. ſqq.

p. 251. ſq. numi Getae, primus P. Septimius Geta Caeſar.

p. 253. num. quint.

CASTOR

(equus cum homine prope equum)

S. C.

dexteritatem Getae in regendis equis docet, dum illum Caſtori comparat, (cf. Herodi. 4, 3, [illegible]

p. 256. ſq. numi Macrini Imp. Caeſ. M. Opil. Sev. Macrinus Aug., ſed p. ſq. Macrinus promiſit plurima Senatui pop. que Rom. (cf. Herodi. 5, 1, 9. ſqq.)

num. primus *Securitas Temporum* (imago, dea quaedam, in columna nixa ſiniſtro brachio, ſed ſiniſtra manu tenens ſimul veſtem, collectam in ſinum, imponens ſiniſtrum pedem dextro, in dextra manu autem gerens ſcipionem.)

S. C.

et num. ſecund. *Felicitas Temporum* (imago, iterum dea, laciniam veſtis a dextro humero in ſiniſtrum colligens, tum in dextra gerens caduceum, at ſcipionem ſiniſtra.)

Digitized by Google

S. C.

num. 4. et 5. victoriam de Parthis reportatam celebrant, (cf. Herodi. 4, 15, 20. e. 5, 1, 7. e. Sed numus quidem quartus VICT. PARTH. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. cum imagine perſonae, ſedentis ſupra bellica arma, cum aliis in dextra, et in genu ſiniſtro clypeum. At quintus PONTIF. MAX. TR. P. I. cum imagine ducis belli, in curru quadriiugo ſtantis, cum ramo oleagineo in dextra, poſt eum ut ſtet porro Victoria, imponens coronam, cum palma in manu.

p. 258. num. tert. M. ΟΠΙ. ANT. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟΝ et p. ſq. numus unus M. OPIL. Antoninus Diadumenianus Caeſ. cf. p. 260. ſq. ſine ipſo nomine proprio, cf. Herodi. 5, 4, 24.

p. 262. num. Elagabali, primus Imp. Caeſ. M. Aur. Antoninus Pius Aug. ſed tert. et quart. Sacerd. Dei Solis Elagab.

(imago ſacerdos cum patera ante aram, in qua ignis)

S. C. et * (ſtella, ſolis indicium.

p. 263. „Notanda veniunt haec Herodiani verba (5, 6, 8. ſine Gr. e P. Vs. fere) φήσας δὲ ἀπαρέσκεσθαι, h. e. *Negans autem cordi eſſe ſuo deo belligeram uxorem atque armatam*, Palladem ſubintelligebat, *ſimulacrum Uraniae iuſſit afferri, quod ſcil. Carthaginienſibus omni que Africae* incredibilem *in* modum *venerabile* poſitum *fuiſſe a Phoeniſſa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio aedificavit. Hanc Afri Uraniam vocant, Phoenices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aiebat Elagabalus matrimonium Solis et Lunae.*

ib. num. 1. Adventus Auguſti. Eques cernitur cum Romam venit e Syria poſt devictum Macrinum, (Herodi. 5, 5, 14.

ib. num. tert. P. M. TR. P. II. Coſ. II. P. P.

(imago, ſuggeſtus, inſidens perſona, ante quam alia cum cornu copiae et tabella, tum tertia conſcendens ſcalas ante ſuggeſtum,)

Liberalitas Aug.

S. C.

Herodianus propius rem attingit his verbis (5, 5, 15. ſine Gr. e P.) *Diviſo* igitur *Congiario* in *populum*, ut *mos* eſt *imperium* ſuſcipientibus, *ſpectacula omnifariam edebat magnificentiſſima* rel.

p. 264. numi Elagabali in annos imperii. „hi tres Herodiano favent, qui Elagabalum *ſex* annis *imperaſſe* aſſerit, (5, 8, 19.) cum Dio, Lampridius et Victor *tribus* tantum ſcripto reliquerint. (Nec tamen in numis ulli comparent numeri.)

p. 267. e. Anniam Fauſtinam primam Elagabali uxorem celebrat hic numus, quae iam pridem Pomponio Baſſo nupſerat, ob id ab Elagabalo necato. Avum habuerat Marcum Aurelium per patrem Claudium Severum, qui uxorem duxerat Vibiam Aureliam Sabinam, Aurelii et Fauſtinae quartam filiam. Herodianus illam, ſed mendoſe, nuncupat tertiam Elagabali uxorem, (5, 6, 2 - 5. Ipſe numus nil habet, quam ANNIA FAVSTINA AVGVSTA, cum capite, ſed in averſa parte CONCORDIA cum duobus, ſibi manus dantibus.

p. 269. i. Iuliam Corneliam Paulam illuſtriſſimam feminam duxit Elagabalus, quo fieret pater celerius, qui ne vir quidem eſſe poterat. Hanc etiam Auguſtam appellavit, cum ea tamen haud ita multo poſt, eo quod maculam haberet in corpore, ſicut dicebat, divortium fecit, ademtisque honoribus privatam vitam agere iuſſit, (Herodi. 5, 6, 2, ubi pri-

Digitized by Google

ma producitur in Elagabali uxoribus.) Illam arbitror filiam fuiſſe Iulii Pauli inſignis ICti. (Trium deinceps numorum habet primus caput cum IVLIA PAVLA AVG., ſed ſecundus Deam Concordiam, ſedentem cum cornu copiae duplici. CONCORDIA. tertius eandem Deam, pone altare ſtantem, duobus que coniugibus manus iungentem. CONCORDIA AETERNA.

p. 270. numus *Iul. Aquilia Severa Aug.* Iuliam Aquiliam Severam Elagabalus duxit aperte, contra ius fas que. Eam enim habuit cum probro et dedecore, cum eſſet virgo Veſtalis, id que ſe feciſſe auſus eſt dicere, ut ex ipſo Pontifice et ex ſacerdote Veſtali liberi divini naſcerentur. Illam paulo poſt remiſit, quarta ducta, quae referre ſuum genus ad Commodum dicebatur, deinde aliam atque aliam, poſtea iterum ad Severam rediit. (Apud Herodi. quidem tres modo narrantur uxores, et de Veſtali l. l. §. 3 - 5., ubi de tertia *ἀναφέρουσαν τὸ γένος εἰς Κόμμοδον.*

p. 271. med. num. prim. Iulia Maeſa Aug. cum protoma.

p. 272. num. prim. Col. Aur. Metr. Sid.

(cum tribus ſignis militaribus.)

Coloniam Aureliam Metropolim Sidonem celebrat hic nummus. Tria ſigna militaria indicare videntur legionum, quae tum in Syria erant, benevolentiam erga Maeſam nepotem que Eliogabalum poſt necatum Macrinum, (Herodi. 5, 3, 15. ſqq. 5, 4, 1. ſqq. 5, 5, 1.

p. 273. num. prim. Iulia Soaemias Aug. cum protoma, „vel Semiamira, vel Symia, vel Semiramis, vel Soaemis, vel Soaemias, a variis dicta“ (quae ib. p. e. ſcripta erant ſub aliquo templo cum his) Templum iſtud eo avidius dignoſcere cuperem, quod ſimile cernitur in Elagabali nummis, circum quod characteres ita ſunt detriti, ut, quale fuerit, intelligere non potuerim.“

p. 274. med. num. prim. *Iulia Mamaea Auguſta*, cum protoma. In Graecis nummis Mamaeae — obſervandum eſt, Mameam per *e* ſimplex ſcribi, cum in caeteris ſcribatur per *ai*, Mamaia.

Poſtremus num. quart. (ubi ad ſiniſtram palma, in medio tropaeum, ſub quo ſedent utrinque captivi duo, denique ad dextram in medio numo litterae hae L· IΓ.) ſolitis numerandi characteribus ſignatus eſt. Annus decimus tertius in eo deſignatus eſt, qui tum matri, tum filio imperii ultimus fuit, (Herodiano *decimus quartus* in vulg. edd. 6, 1, 15. 6, 9, 5. 15.) Ad quid referatur trophaeum cum captivis et palma, non ſatis ſcio: certum eſt tamen, ex iis quandam innui victoriam, quam ad Parthicam revocari placet, (ſ. Perſarum de rege Artaxerxe, cf. Herodi. 6, 2. ſqq., quae tamen nulla, ut potius reſpiciatur aliqua de Germanis 6, 7, 4. ſqq. nominatim que §. 20. ſqq., ficta tamen et ipſa potius, cf. 6, 8, 8.

p. 276. num. Imp. Caeſ. M. Aur. Sev. Alexander Aug. et p. ſq. num. prim.

MARS VLTOR cum imagine Martis, quem habitum ſumſiſſe putatur, cum audiſſet, Artabanum ab Artaxerxe victum eſſe, Aſſyriam Meſopotamiam que occupatam, (Herodi. 6, 2, 2. ſqq.

ib. num. ſecund. Profectio Auguſti.

(imago, eques haſtatus)

S. C.

Cum magno apparatu in Perſas profectus eſt. Peculiarem iſtius profectionis mentionem facit Herodianus his verbis l. 6. c. 4. (§. 2.) *ὁ δὲ ἐπιδοὺς αὐτοῖς χρήματα*, etc. hoc eſt, Alexander *diviſo largiter ſtipendio iubet ad iter accingi: mox ad eam ferme ſententiam loquutus in Senatu diem* diſceſſui *dixit*; quae *ubi* advenit, *ſacris* diſceſſus *cauſa* de *more peractis, deducente Senatu populo que univerſo, Roma proficiſcitur, reſpectans urbem ac lacrymans. Sed neque popularium quisquam fuit, qui ſiccis oculis aſpexerit abeuntem*, (pleraque cum P.)

ib. num. 7. et 8.

Liberalitas Auguſti IIII.
(perſona iterum aliqua cum tabella)
S. C.

p. 278. med. Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter, carnem populo addidit, deinceps poſt triumphum Perſicum. — Principem fuiſſe liberalem — teſtantur infinita eius acta, quae paſſim ſcripta ſunt apud Lamprid. Victorem et Herodian. (ubi modo, cum in expeditione contra Artaxerxen Antiochiae verſatus 6, 6, 5. e. *τούς τε στρατιώτας ἀνεκτᾶτο, καὶ ἐφ' οἷς ἐλελύπηντο, παρεμυθεῖτο μεγαλοδωρίᾳ χρημάτων.*

ib. p. med. num. 1. et 3. Alexandri et Mamaeae concordiam denotat (Herodi. 5, 8, 4. 20. 6, 1, 2. 10. ſqq. 22. ſqq. Numi autem ipſi habuerunt inſcriptionem eandem hanc continuam IMP. SEV. ALEXAND. AVG. IVLIA MAMAEA AVG. ſubter que MATER AVG.

p. 283. med. Imp. Maximinus Pius Aug. cum protoma, ſed p. ſq. i. num. 1 - 3. Maximinus illuſtrem exercitum ſecum in Germaniam duxerat et Mauros et Osrhoënos et Parthos et omnes, quos ſecum Alexander ducebat ad bellum. Herodian. (7, 2, 1. ſqq.) Sed numi erant

primus — Victoria Aug.
(imago, Victoria)
S. C.

ſecundus — Victoria Germanica
(figurae tres, una perſona ſedens ad pedes alterius ſtantis armati, tertia Victoria)
S. C.

tertius — P. M. TR. P. II. Coſ. P. P.
(figura, quadrigae cum duabus perſſ., imperatoris et Victoriae)
S. C.

p. 285. C. Iul. Verus Maximus Caeſ. cum protoma.

p. 287. Imp. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. cum protoma.

p. 288. e. Imp. Caeſ. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. cum protoma „M. Antoninus Gordianus Africanus patrem habuit eiusdem nominis, quare ſecundus dictus eſt.“

p. 289. e. Imp. Caeſ. D. Cael. Balbinus Aug. cum protoma.

p. 290. e. numus, in Graecia cuſus, Α. Κ. ΔΕΚ. ΚΑΙΛ. ΒΑΛΒΙΝΟϹ ϹΕΒ.

p. 291. med. Imp. Caeſ. Pupien. Maxim. Aug.

p. 292. Balbinum et Pupienum in regendo terrarum orbe concordes fuiſſe, teſtantur plures nummi. — Capitolinus tamen utriusque diſcor-

dias commemorat, ſed tacitas, et quae intelligerentur potius, quam viderentur, (cf. Herodi. 8, 8. Tum numi ipſi

primus Concordia Augg.
(ſedens femina cum duobus cornu cop.)
S. C.

ſecundus Victoria Augg.
(imago Victoriae, quae coronare videtur utrumque ob devictum et necatum iuxta Aquileiam Maximinum)
S. C.

ib. p. e. Imp. Caeſ. M. Ant. Gordianus Aug. — M. Antoninus Gordianus ſenioris Africani aut ex filio aut ex filia nepos.

Denique p. 301. e. ſunt numi, ad Abgarum pertinentes, quorum tertius cum tiara ſ. cydaride.

EXCVRSVS
IV.
AD VARIA LOCA SIMVL.

1, 6, 23. *ἐκπέμψας δὲ γράμματα* λ. — 1, 17, 1. *λαβὼν γραμματεῖον πάντων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων*, λ. 3, 11, 18. ſqq. *γραμματεῖον ᾔτησε, τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. — ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων· ἵνα μὴ — ᾖ ἀκατασήμαντον, — δίδωσιν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον*, it. 3, 12, 10. *τὸ γραμματεῖον δεικνύντος*, tum 7, 6, 11. e. *νεανίσκων εὐτόλμων — παραδοὺς αὐτῷ ἑκατοντάρχας καὶ στρατιώτας τινὰς, οἷς ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν πυκτοῖς πίναξι*, λ. §. 13. *φέρουσι γράμματα*, it. §. 19. *ἐπιδόντες δὲ τὰ γράμματα*. λ.

Excerpta hic damus e Schwarzii diſſ. de ornament. libr. vet. (quas communicarat benevolentia Beckii Lipſ., maximis cum gratiis hic praedicanda,) et quidem e diſſ. 2. p. 43. e. Nr. III. „materiam, quam in voluminibus conficiendis veteres adhibuerint, fuiſſe chartam, membranam, philyram, tiliam, corium et alia huius generis, Ulpianus — ſignificat — *Sed et ſi* in *philyra* aut *in* tilia *ſint*. Quo loco mentionem facit voluminum, ex *philyra* et *tilia* compoſitorum; quae duo alioqui ſaepius confunduntur, cum diſtincta eſſe Ulpianus innuat. Equidem arbor, quam Latini tiliam dicunt, a Graecis etiam *φίλυρα* appellatur. (p. ſq. i.) Sed et tilia et philyra non ſolum arborem huius nominis denotant, verum etiam generatim arboris tenuiores membranas, inter lignum et extimum corticem latitantes, eo quidem diſcrimine, ut philyra, — quae tunicas interiores etiam ex aliarum arborum corticibus alioqui ſignificat, — tenuiſſimi corticis nomen ſit, tilia vero aliquanto craſſioris, nec adeo, uti philyra, tenuis“ cf. diſſ. 4. p. 142. e. ſq. e qua p. 128. i. Nr. ſunt haec „formas librorum tres potiſſimum veteribus uſitatas fuiſſe, deprehendimus. Alii enim proprie dicebantur *volumina*, alii *codices*, alii *libri plicatiles*. Codices, qui quadrata fuere forma. Nr. 2. vetuſtiſſimos homines primum non niſi rudioribus et ſimplicibus tabulis uſos fuiſſe, in quibus aliquid perſcriberent, — dein-

Digitized by Google

ceps iſtiusmodi tabulae, pro argumenti ratione, multiplicarentur, et vel pauciores, vel plures, inter ſeſe coniungerentur. Quodſi paucioribus minoribus que tabellis, τετραδίοις, libri continebantur: audierunt *codicilli* et *pugillares*, Gr. πινακίδια, δελτάρια, πτυκτία, γραμματίδια. -- Sin plures eae que paulo maiores tabulae coniungerentur, ut maiora inde exiſterent corpora eiusdem formae, quae hodie noſtrorum librorum eſſe ſolet: *codices* praecipue dicebantur. Tabulae enim, aliae ſuper alias ſtructae compactae que, vocabantur *codices* et *tabellae*, ut a *voluminibus* diſtinguerentur, (cf. p. 153. e. ſq., ſed p. 132. m. Nr. 4.) Codices lignei, eborei, plumbei, membranei et chartacei, aliique. -- Membranei ex membranis ſ. pergamenis -- Martial. *multiplex pellis*, ob tabellas plures ſ. folia, in quae membrana, ex pelle parata, paginatim plicabatur atque conſuebatur. (p. 142. N. 8. m.) charta corticea e philyra tenui parata, - dum adhuc viridior ſucculentior que, adeo que et volubilior, fuit, non raro voluminibus conficiendis adhibita eſt. - Nihilo minus tamen, haud ſecus ac papyrus Aegyptiaca, etiam codicibus perſcribendis compingendis que inſervire potuit. -- (p. 143. i.) Neſcio, an non huc etiam referri poſſit, quod Herodianus l. 1. c. 52. narrat de Commodo Imperatore: ἔλαβε γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λ. ἠσκ., ἐπ. τε ἀν. ἀμφ. ἐπτ. ſumſit *libellum*, quales *de* philyra *tenuiſſimi*, atque *in* utramque *partem* replicabiles *ſiunt* (e P. Vs.) Certe Scheidius in Ind. Herodiani, libellum iſtum plicatilem interpretatur fuiſſe libellum de philyra ſ. tilia, h. e. membrana tenui inter corticem et lignum tiliae. (p. 144. m.) Utcunque eſt, ex philyra -- tenuiores membranulas, ſed eas latiſſimas, quae inter lignum et extimum corticem latitarunt, veteres inſtrumento quodam ſubtili ſepararunt, et ex duobus philyrinis corticibus ita ſingulas paginas compegerunt, ut unum corticem cum alio transverſim conglutinarent. -- Aliquando autem non tam latas philyras, quae ſingulae *folium* quoddam conſtituerent, ex arborum corticibus ſepararunt, ſed plures omnino pelliculas inde diſciderunt; quas vero, opinor, prorſus ad modum papyri Aegyptiacae conficiendae, in tabula aliqua diſpoſuerunt, atque glutine certo conglutinarunt, ita quidem, ut primo ex recta fibrarum tiliacearum ſerie velut ſtamen quoddam chartae conſtitueretur, et deinde, aliis fibris philyrinis transverſa ſerie et decuſſatim iniectis, velut ſubtemen ſtamini imponeretur: ille vero contextus, ob rectas transverſas que fibras philyrinas, ſibi mutuo ſuperincumbentes, veluti cratis figuram haberet.“

Ib. p. 154. m. „Illae codicum *tabulae* ſ. *folia* Graece dicebantur πτυχαὶ -- it. πτυχία et πτύχες, ἀπὸ τοῦ πτύσσειν, a *plicando*, quia ex membranarum chartarum que complicatione codicum tabulae plerumque exiſtunt; haud ſecus ac πτύχες etiam in ſcutis dicuntur coria, alia ſuper alia complicata. Inde -- δίπτυχοι, τρίπτυχοι, πολύπτυχοι, pugillares dicebantur, qui ex duabus, vel tribus, vel pluribus tabellis, conſtabant. Sed et illa ipſa nomina, πτύχες, πυκτίδες, πτυχία, haud ſecus ac *tabularum* nomen Latinum, συνεκδοχικῶς aliquando de ipſis integris, iis que compactis codicibus dicebantur. Illae autem ipſae *tabulae* ſ. *folia* codicum ab Atticis quoque dicebantur θύραι aut θυρίδες, quaſi *ianuae*; quia tabellae e dorſo libri, ceu ianuae e cardinibus, ſuſpendi ſolebant.“

Item p. 173. e. §. 22. Quod poſtremo attinet ad *libros plicatiles*: horum forma nec ad *volumina*, nec prorſus ad *libros quadratos* referri poterat; dum quidem, voluminum inſtar, charta vel membrana longiori

conſtabant, haud tamen convolvebantur, (ſicut volumina, ſed ad formam paginarum complicabantur ita, ut complicati quodammodo codices quadratos referrent, extenſi vero evolutis voluminibus ſimiles viderentur. Haud male ergo huius generis libri complicati cum mulierum flabellis (*Faecher*) complicatis, aut cum laternis, quas nonnulli ex uno chartae folio faciunt complicando, poſſunt comparari. (Diſſ. 5. de libris plicatilibus veterum, p. 176. §. 2.) *Libri plicatiles* igitur nobis dicuntur eius formae libri, ubi longior quaedam charta, vel membrana, in plures paginas, veluti tabulas, aequali menſura fuit diviſa, neque tamen diſſecta, ſed ita in ſinus angulos que alternatim plicata, ut, quoties ſinus aliquis aperiretur, duae ſemper paginae in adverſa, h. e. *antica*, chartae facie, ſcribentibus legentibus ve ſeſe offerrent; neque *poſticae*, h. e. averſae, faciei paginae occurrerent, niſi totus liber verteretur. Videas adhuc hodie aliquando ad eum modum concinnari pugillares membranaceos; quando nimirum membranula quaedam longior, exempli gr., in ſex ſinus plicatur; qui ſex ſinus duodecim conſtituunt paginas, — binas nempe in ſingulis aperturis — quae omnes ſi fuerint perſcriptae: progrediendum eſt ad averſam membranulae faciem; ubi totidem paginae, ſed eae adhuc purae, occurrunt, adeo, ut, ſi huius generis pugillares paululum explicentur, ii formam referant parietis plicatilis, qui nobis dicitur *eine Spaniſche Wand.* Neque igitur male huiusmodi libros nonnulli conferunt cum flabellis muliercularum, aut cum laternis, quae ex uno papyri folio a quibusdam complicando conficiuntur. (p. 177. §. 3.) — credo, eorum uſum fuiſſe pervetuſtum, — apud Hom. Il. ζ, 169. *γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ, in* tabella *plicata*, — ubi longior quaedam charta aut membrana non diſſecatur in plagulas et tabellas, ſed integra cohaeret, et tantummodo plicando in varias partes diſtinguitur, et vel duplicatur, vel triplicatur, vel, pro diverſo uſu, in plures partes, veluti tabula multiplex, multiplicatur. — Hinc et proprie talis liber dici poteſt πτυκτίον, quod in Heſychii Lex. explicatur πτυκτὸν βιβλίον, h. e. *libellus plicatilis.* Huius formae libellum Herodianus 1, 17. praeclare deſcripſit in hiſtoria Commodi Imp., inter alia his uſus verbis, λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φ. εἰς λ. μεκ., ἐπ. τε ἀν. ἐπτ., (e Pol.) Nihil magis apprime formam libellorum plicatilium exprimere poſſit, quam iſta Herodiani verba, ſi paulo curatius conſiderentur. Nonne enim hi libri etiam *plicabantur utrinque*, uti videmus in pariete plicatili fieri? Certe apparebant plicae in adverſa chartae parte; apparebant etiam in averſa. Nonne et in his erat ἀνάκλασις ἐπάλληλος; h. e. *reflexio plicaturarum*, ſive ſinuum et angulorum, *alterna*, et talis quidem, cuius alia pars alteri continuo adhaereret? (p. 179. §. 5.) ſed *libri plicatiles* ſaepius κατ᾽ ἐξοχὴν a Lat. *libelli* dici conſueverunt. (p. 181. §. 6.) — conſtat, tabellarum uſum etiam in ſcribendis epiſtolis fuiſſe vetuſtiſſimum. — Harum tabularum aliae ſuper alias aliquando eadem forma conſtruebantur, qua noſtri libelli quadrati; quae progreſſu temporum, commodioris uſus cauſa, cera obduci conſueverunt; et, ubi quidem duae tres ve tabellae, in ſeriem ſitae, coniungebantur, a numero nomen invenere, ac *duplices*, aut *triplices*, aut *quintuplices*, Graece δίπτυχα, τρίπτυχα, πεντάπτυχα, dicebantur. — Saepius vero, inducta cera, e fago, abiete, buxo, acere, citro, auro, conficiebantur. (p. 183. e.) Tum vero, cum modo charta, modo tabellis ceratis, uſi ſunt in epiſtolis ſcribendis: hoc tamen diſcrimen plerumque tenuerunt, ut eas maxime *epiſtolas* in *charta* perſcriberent, quae ad loca longinqua erant di-

mittendae, contra vero *ceratas tabellas*, ſ. *codicillos*, uſurparent, ubi ad eos erat ſcribendum, qui iiſdem, aut certe non longinquis in locis, morarentur; aut ubi aliquid feſtinanter ac breviter fuit exarandum, (cf. p. 184. m., ſed p. 185. m.) apud Lat. dicitur aliquando *tabula*, quae eſt ex *charta*, (p. 187. i.) *epiſtolae chartaceae* etiam alio atque alio modo interdum ſunt *complicatae*, — olim ad formam Graecae litterae Δ, h. e. ad trianguli figuram, ita, ut δέλτοι hinc nomen accepiſſe credantur."

EXCVRSVS V.

DE PRAEFECTIS VRBIS AP. HERODI.,

nominatim ad 7, 7, 8.

PER EXCERPTA EX EDVARDI CORSINI DE PRAEFECTIS VRBIS. PISIS EDIT. 4. 1766.

p. 91. Helvius Pertinax. Cir. an. V. C. 933. Chr. 180. Pertinacis nomen circa an. Chr. 180. Praefectorum Faſtis inſcribendum eſſe iam vidimus (p. 87. e. ſqq.) Ipſum vero pluribus annis vivente Commodo hoc munus geſſiſſe, eo que interemto ex Vrbis Praefecto Auguſtum Kal. Ianuariis anni Chr. 193. renunciatum fuiſſe perſpicuo Herodiani l. 2, c. 2. (§. 17. τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν λ.) teſtimonio erudimur, qui ita Laetum Praetorio Praefectum milites alloquentem, ac Pertinacis a militibus eligendi laudes memorantem inducit, (ubi ſola ſequebatur Pol. Vs., praeter „*tot annos* Vrbis *Praefectum*.") Itaque, ſi Pertinax *tot annos* Vrbi praefuit, ipſius initium circa an. 180. collocari fortaſſe poterit.

p. 100. Flavius Claudius Sulpicianus. An. V. C. 946. Chr. 193. Dum Pertinax Imperium obtinebat Vrbanae Praefecturae munus Sulpiciano eius ſocero delatum fuiſſe Herodianus l. 2. c. 6. (§. 12. Σουλπικιανός, καὶ αὐτὸς ἀνὴρ τῶν ὑπατευκότων, ἔπαρχός τε τῆς πόλεως γενόμενος λ.) oſtendit ubi de pluribus loquens, qui Pertinace iam mortuo ad Imperium ipſum adſpirabant, ait, (e ſolo Pol. iterum.) Itaque, cum Pertinacis imperium trium ſolum menſium ſpatio circumſcriptum fuerit, eodem ipſo Chriſtì anno 193. quo Pertinax et electus, et nefarie occiſus fuit, Sulpiciani Praefectura a Spartiano quoque memorata adſcribi debet.

p. 109. Lucius Fulvius Plautianus. Cir. an. V. C. 956. Chr. 203. Quamvis Herodianus, et Scriptores etiam alii teſtantur quod Plautianus iſte Septimii Severi temporibus Praetorio Praefectus fuit, nihil eſt tamen cur ex Praefectorum Vrbis ſerie, in qua Panvinius, et Contelorius ipſum deſcripſerant, expungatur. Tanta nimirum Plautiani potentia fuit poſtquam praeſertim Fulviam Plautillam filiam ſuam Caracallae Severi Auguſti filio nuptuì conceſſerat, ut omnia arbitrio ſuo diſponeret, ac Imperii non modo particeps, (οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν 3, 10, 11.) ſed etiam arbiter videretur. Quem-

Digitized by Google

admodum ergo tot aliis honoribus auctus, et Conſularibus ornamentis, (ἐν τοῖς δευτέροις ὑπατεύουσιν ἐτέτακτο 3, 11, 3.) mox anno 203. ipſo quoque Conſulatu decoratus fuit, ſic etiam facile Vrbanam Praefecturam geſſiſſe videtur, ubi praeſertim Severus ipſe Roma diſcedens rerum omnium curam Plautiano commiſit, ut Baronius ad an. ſuum 201. nimirum vulgaris Aerae 203. obſervavit.

(Apud Herod. quidem Plautianus nuspiam perhibetur *Praefectus Vrbis*, et ſemper modo *Praefectus Praetorii* 3, 10, 10. 13. 3, 11, 2., tum Severi ex urbe Roma diſceſſus narratur tantum hic, ante Plautiani mortem, 2, 14, 10. ad an. V. C. 946. Chr. 193. it. 3, 9, 1. ad an. V. C. 952. Chr. 199., ſed, poſt eius mortem, quae incidit in an. V. C. 957. Chr. 204. ex 3, 12, 26., demum e 3, 14, 1. ſqq. ad an. V. C. 960. Chr. 207.)

p. 120. Quintus Coclatinus Adventus. An. V. C. 971. Chr. 218. Varios huius Adventi honores ab Herodiano, Dione, Capitolino, et Conſularibus etiam Faſtis expreſſos conſpicimus. Ipſum una cum Macrino Caracallae temporibus Praetorio Praefectum fuiſſe teſtatur Herodianus (4, 12, 1. 4, 14, 3. ad an. V. C. 970. Chr. 217. praeterea eundem non afferens, nec nomine Praefecti *Vrbis*,) cum que a militibus ipſi delatum foret Imperium, longaevam ſenectutem cauſſatus illud Macrino reliquit, ut a Dione et Capitolino memoratur, (etiam ab Herodi. l. l. poſtr.) Poſtquam vero Caracallae cineres Macrini iuſſu Romam detulit, (quo de ap. Herodi. 4, 13, 16. ad an. V. C. 970. Chr. 217. univerſo modo, ὁ δὲ Μακρῖνος — ἔπεμψε τῇ μητρὶ αὐτοῦ καταθάψαι,) Senator, Praefectus Vrbis, et anno Chr. 218. cum Macrino ipſo Conſul proceſſit.

p. 125. ſq. Marcus Claudius Pupienus Maximus. An. V. C. 991. Chr. 238. Hanc Pupieni Maximi Praefecturam Herodianus etiam expreſſit l. 7. c. 10. (§. 7.) τῆς τε Ῥωμαίων πόλεως Ἔπαρχος καταστὰς ἐπιστρεφῶς (ſic) τε ἄρξας, καὶ (ſic) ἐν ὑπολήψει παρὰ τοῖς ὄχλοις φρενῶν τε (ſic ſine καὶ) ἀγχινοίας, καὶ βίου σ. et Praefectura *Vrbis* egregie *geſta* (rel. e Pol.) Ex huiusmodi Herodiani loco, praeſertim vero e Capitolini verbis perſpicue, ut opinor, inferri poterit quod Pupieno Maximo Imperium eo tempore delatum fuerit, quo Vrbanae Praefecturae munere laudatiſſime fungebatur; ideo que, cum ad Imperium ipſum anno 238. evectus fuerit, eius nomen commode Praefectórum (Vrbis) Faſtis anno 238. inferendum erit, poſtquam nunciata Gordianorum electione Sabinus Maximini fautor a Populo interemtus fuerat. (Non tactus autem erat alter de eodem viro locus 8, 8, 8.)

p. 126. Sabinus. An. V. C. 991. Chr. 238. (Apud Herodi. 7, 7, 8. ὡς καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐπάρχοντα, μετὰ πράξεις πολλὰς ὑπατικὰς — Σαβῖνος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ, - ξύλῳ παιεθέντα - τελευτῆσαι, pro quo loco inſigni propterea, quod exemplum praebet eius, qui, ut Sulpicianus ſupra, factus Praefectus Vrbis poſt Conſulatum, — qualia exempla allata a Corſino in Praefat. p. 25. e. ſq., — nunc Corſinus modo Praefecturam Sabini talem demonſtrabat e ſolo Capitolino, pergens deinde ſic.) Itaque, cum Gordianorum electio in annum Chr. 238. inciderit, perſpicue apparet, quod Sabini Praefectura (Vrbis) eidem, aut proxime ſuperiori anno adſcribi debet.

Digitized by Google

EXCVRSVS IN VOCES.

I.

AD VARIA LOCA

Super adi. in ος communis ſexus, it. alius terminationis.

Quod dubitatum erat a Leisn. ad 1, 1, 6. *ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχὴν*, an adiectivorum comparativus etiam in maſculina terminatione eſſet ſexus feminini: id deinde ipſe agnoviſſe videtur e loco aliquo tali producto. Nos hic addere poſſumus alia loca ap. Abr. ad Ae. 1, 295. m. (ubi laud. M. O. A. V. 3. T. 2. p. 303.) eius Dl. Th. p. 367. i. 369. m. et D'Orv. Ch. p. 352. i.

De ſuperlativo ſimiliter dubitavit olim Bud. C. 1501, 51., ſed ſine cauſa, cf. D'Orv. l. l. p. 244. i. Abr. ad Ae. l. l. et Dl. Th. p. 369. m., ubi p. extr. exemplum *δυνάμεις ἀξιολογωτάτους* firmare poteſt illud Dd. Sic., quo de dixi in N. ad 1, 1, 6. cui add. aliud ex Ariſtaen. 1, 1. ed. Abr. p. 3. l. 4. *αἱ κόραι μελάντατοι* cum Add. p. 114. e., ubi nil contra Pav. ed. p. 4. e. lectionem *αἱ κ. μελάνταται*, ſine Var. L., ut nec in proxime ſq. *λευκόταται*, quae ſit memorabilis in vicinia copulatio ſexus utriusque. Sed in Add. Abr. p. 115. m. in Epiſt. Alciphr. inedita praebetur *αἱ κόραι μελάνταται*, λ. cf. Fi. ad Well. p. 136. m.

Denique de poſitivo talium adiectivorum etiam dubitatum eſt partim, ut a Bg. ad Alc. p. 328. m. de *ἀμοιβὴ δίκαιος*, (quod defenditur contra ad Luc. 2, 428. N. 57. e. it. a D'Orv. Ch. p. 352. i. et a Bach. ad Xen. Oec. 4, 8. m. *ἀεργὸς λ.*) it. de *δίκαιον ἀρχὴν* a Rs. ad Or. Aeſch. V. 4. p. 135. N. 1. it. de *φαῦλος*, cf. ad Luc. 2, 477. N. 95. e., ſed immerito, v. ad Th. Mag. p. 890. N. 1.

Eà dubitatio omnis et ſuſpicio venit e cauſis pluribus, nec modo hinc, quod in veteribus ſcriptoribus legendis ad talia non ſatis animadverſum, memoria que non fida ac promta eſſet, ſed etiam inde, quod in Codd. varietas deprehenſa interdum, cf. D'Orv. Ch. p. 352., ad Thuc. p. 194. l. 40., ad Dd. S. 1, 178. l. 87. it. p. 262. l. 95. cum Fi. ad Well. p. 137. i. p. ſq. m. et omnino, quoniam totum hoc genus nondum ſatis tractatum, cf. Hrdt. p. 87. l. 56. cum Gron. N. ad h. l. p. 83. ad 74, 41.

Igitur, cum aliis ſuper eo genere communicaturus, quae collecta habeo, ordior a Scholiaſtis veterum Gr., quorum ille Thuc. 25, 70. ad *χάριν βέβαιον*, ſine Var. L. „*τὸ βέβαιον, θηλυκῶς*" ſed Eur. Hec. v. 150. „*ὀρφανὸν) ἀντὶ τοῦ ὀρφανήν, Ἀττικῶς, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης* (Nub. v. 53.) — *ὡς ἀργὸς ἦν*" (ubi v. Barn.) it. ad v. 296. *ταρρὸς — φύσις*, it. ad Androm. v. 711. *ἡ στεῖρος λ.* cum Barn. iterum, porro ad Soph. Electr. v. 315. *θυραῖον λ.* it. ad Ariſt. Nub. l. l. „*Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ τῶν θηλυκῶν, ἀρσενικῶν ὀνομάτων κέχρηνται καταλήξεσιν* (ſic leg. pro *λέξεσιν*, cf. Koen. ad Gr. p. 25. N. 44.) *ὡς — καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἑκάβῃ, — ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος*, ad quem v. 592. nihil Schol. monuit, ſed tantum in metaphraſi habuit *γενναία*, cum Schol. Hom. Ἰλ. κ', 27. ad *πουλὺν — πολλήν* et Euſt. ad Hom. p. 287. 333. 694. cum Hſy. 2, 1013. N. 11.

His accedat e Grammaticis Greg. de dial., fere cum Schol. Ariſtoph. concinens, p. 25. §. 20., tum locus e libello de Homeri poëſi in ed. Ern. Hom. T. 5. p. 170. — καθολικῶς πάντα τὰ σύνθετα κοινά ἐστιν ἑκατέρου γένους, quem locum adhibuit Clark. ad Hom. Ἰλ. β', 742. κλυτὸς Ἱπποδάμεια, tribuens iſtum libellum Dionyſio Hal., ſed Plutarcho Bud. C. 1502, 7., qui et depravatum putat, nec ei multum fidei habet; et ſane quaedam eius, ut illud, οὐκ ἀμήτρως, non recta cenſentur.

Porro in Gloſſariis de hoc genere habentur ap. Thom. M. p. 109. ſuper ἀργὸς, it. p. 144. ſuper βασίλεια et βασίλειος, it. p. 149. ſuper βέβαιος, pag. 889. ſuper φαῦλος et p. 897. ſuper φίλιος, cum Suid. 1, 312. e.

Deinde recentiorum in hanc rem vel reperta vel decreta addo, primo e Bud. C. varie fluctuante, nec ubique edicente verum, 1498, 31. ſqq. p. ſq. 1502, 28. ſqq. 1503, 14. ſqq. Gr. Well. p. 98. m. N. 1. ſq. March. p. 167. 176. Nr. 6. Poſſ. Sy. p. 8. e. ſq. Abr. ad Ae. 1, 216. e. 278. 349. m. 478. it. Dl. p. 738. e. O. M. A. V. 3. p. 151., ad Thuc. p. 128. l. 92. it. p. 364. N. 67. ad Luc. 2, 427. N. 57. D'Orv. Ch. p. 352. Ern. ad Hom. Ὀδ. ζ', 122., Intrp. ad Hsd. ἔργ. v. 466. Barn. ad Eur. Alc. v. 532. it. Androm. v. 348. (id. Ind. ib. v. *maſcul.* it. cum Cl. ad Hom. Ὀδ. μ', 369.) Rs. Or. V. 5. p. 259. N. 3. V. 6. p. 921. Ind. Ael. V. h. v. παμπολ.

Sequantur, qui dederunt exempla unius eiusdem que vocabuli, modo in maſculino ſexu, modo in feminino, uſurpati, ut ἐρήμην et ἔρημον χώραν O. M. A. V. 3. p. 303. it. χαύνου et χαύνης Bud. C. 1500, 46. p. ſq. l. 17. it. φίλιος et φιλία Thom. M. p. 897. 149. N. 4. Thuc. Ind. Lat. in v. *Adiectiva*, cum p. 344. N. 65. 194. N. 40. e. in βέβαιος et βεβαία, ſed in φαῦλος et φαύλη Thom. M. p. 889. N. 5., tum θῆλυς et θήλεια Gr. L. Hsd. p. 100. m., it. ἀργὸς et ἀργὴ Kuſt. ad Ariſt. Nub. v. 53. cum Hſy. 2, 252. N. 26. it. καίριος et καιρία W. ad Dd. 1, 178. N. 87. p. 262. N. 95. Rz. ad Luc. 2, 427. N. 57. cum Fi. ad Well. p. 137. e. ſq. Quae loca valent et ſimul ad criſin eo que, ut ne ad corrigendum quis ſubito incliner, ſi quid horum variet in libris; in quam quidem partem benignior Fi. ad Well. p. 138. i., ſed inconſtantior viſus eſt mihi D'Orv. ad Ch. p. 244. m., non me v. c. offendente νόσων χαλεπώτατος φθόνος, cum ille ſuperlat. ſit adhibitus pro fem., ut νόσος χαλεπὸς in poſitivo, cf. ib. p. 352. ad vs. 2. e. it. πάντων τῶν πραγμάτων ὀξύτατός ἐστιν ἡ φήμη procedente, ſi comparetur cum πάντων ὀξύτατός ἐστιν ἡ φήμη, ſine ſubſt. τῶν πραγμ., cf. p. 352. i. toleratum νυκτὶ φοβερῷ, ſed contra ὁδὸν ἀναγκαῖον, pro quo e Cod. facit ἀναγκαίαν, cum occurrant tamen v. c. δύσβατος καὶ πετρώδης ὁδὸς, it. ἀνώμαλος, etc. cf. Stp. Th. 2. 1159. D. p. ſq. B. cum V. Eur. Ph. v. 1440. p. 485.

Eſt etiam, ubi in vicinia ſumma iungatur forma ſimul recta, ut ap. Noſtr. 1, 1, 7. τιμῆς ἐφημέρου μόνης, (1, 3, 3. ἐξουσίαν αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον) it. πονηρᾶς καὶ βασκάνου τύχης 1, 8, 5. et ib. τὴν ἔτι σώφρονα καὶ κόσμιον, ſc. μερίδα, it. 1, 9, 24. ſimul ἐξουσίαν ἀσθενεστέραν et βασίλειον ἐπιθυμίαν, 1, 10, 6. e. ταχείας καὶ ἀβάτου ὁδοιπ. 1, 13, 2. ῥᾳδία καὶ ἀκώλυτος, it. ib. 5. διαφόρου καὶ ἐναντίας γνώμης, et ib. e. ὀλίγη καὶ ἀνέλπιστος ῥοπὴ, (contra ἀπάλληλοι — ἀκόλαστοι ἡδοναὶ ib. 15. e.) βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας 1, 15, 19. e. (contra 1, 16, 7. e. ἔνδοξος καὶ ἐνιαύσιος πορφύρα) ib. 10. παράλογον καὶ ἀπειρῆ βούλησιν, (contra 1, 17, 22. ἀπαλ-

λήλοις καὶ διαφόροις ἡδοναῖς,) 2, 4, 3. ὠμῆς καὶ ἐφυβρίστου, (ib. 12. ἀγεώργητον καὶ ἀργὸν, it. 2, 5, 2. ἄνετον καὶ ἀκόλαστον, 2, 6, 18. e. αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς, it. 22. ἀπρεποῦς καὶ ἀπειθοῦς λ., 5, 7, 9.) 2, 7, 4. αἰσχραῖς καὶ ἀμφιβόλοις, ib. 15. μεγίστην καὶ εὐδαίμονα, 2, 8, 3. μόνης — ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου, (2, 9, 1. κούφοις καὶ ἀδήλοις ἐλπίσι, ib. 12. e. σώφρονος καὶ ἐπιεικοῦς ἐξουσίας, 2, 11, 9. e. ἐρήμῳ γῇ καὶ δυσβάτῳ,) (πολλὴν στρατιὰν — ἄπειρον 3, 4, 1.) 3, 6, 10. οὐχ οὕτως εὐλόγους αἰτίας, ὡς ἀναγκαίας, (3, 13, 4. διάφορον καὶ ἀντίπαλον — γνώμην, it. ib. 11. δύναμιν ἐχέγγυον, μηδ' ἀντίπαλον) 4, 1, 9. μόναις ταῖς δημοσίοις καὶ αὐλείοις, it. 4, 10, 10. κοινὴν καὶ ἀκώλυτον, it. 6, 1, 8. πολιτικὰς καὶ ἀγοραίους, it. εὐτάκτοις καὶ πολεμικαῖς ib. 7, 11, 14. δημοσίας ἀποθήκας — εἴ τινες ἐπιτήδειοι 8, 1, 11. ἀθύροις καὶ κοιναῖς, (8, 5, 1. ἀντίπαλος καὶ ἰσόῤῥοπος ἡ τύχη,) 8, 5, 3. e. δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς, it. 8, 7, 5. ἀληθοῦς - προσποιήτῳ, cf. 3, 15, 14. ἐπίπλαστον — ἀληθῆ, cum 7, 1, 3, πρᾳείας καὶ πάνυ ἡμέρου βασιλείας, quem locum poſtr. reſpexit Bud. C. 1500, 33. qui et aſſert l. 30. χρυσῆ τις σειρὰ καὶ σωτήριος, it. alia 1502, 52. ſqq. cf. Stp. Th. 2, 1160. B. m. κοινήν τινα καὶ πάτριον ὁδὸν, it. ad Thom. M. p. 890. N. 1. ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς e Thuc. 392, 55. Poſſ. Sy. p. 8. e. ψυχὴ πᾶσα ἀνουθέτητος, it. p. ſq. i. ἱερὰ δίκη ἄγρυπνός ἐστι.

Sed, ut in Noſtro pergamus, non tantum occurrunt variae lectiones in hoc genere, ubi 1, 5, 4. pro βασιλείους θυσίας Ms. Ba. praebet βασιλείας, 1, 8, 4. ἀκροτάτῃ pro ἀκροτάτῳ, 1, 15, 6. καιρίαις pro καιρίοις, 2, 12, 10. idem cum Ms. Vi. σεβασμίας pro σεβασμίους, iidem παντοδαπῆς 5, 6, 19. pro παντοδαποῦς, 7, 11, 6. κατακαρδίοις pro κατακαρδίαις et 8, 7, 5. προσποιητῇ pro προσποιήτῳ, ſed et utraque diverſis locis αὐλείοις et αὐλείας, it. βέβαιος et βεβαία, it. δημόσιος et δημοσία, tum contra per fem. terminationem cum ſubſt. fem. αἰσχρὰ, ἀμοιβαία, ἀρχαία, γυναικεία, κατακαρδίαι, κοινὴ, Μαυρουσίαι, πολεμικὴ, πολιτικὴ, σκυθρωπαῖς, ὠμὴ, denique ex eodem ordine elementari terminatione maſc. ſ. communi cum ſubſt. fem., quae ſubieci, ἄβατος, ἀγεώργητος, ἄγνωστος, ἀγοραῖος, ἄδενδρος, ἄδηλος, ἄδικος, ἄθυρος, ἀΐδιος, αἰφνίδιος, αἰώνιος, ἀ[illegible]αιρετ, ἀκάλυπτος, ἀκόλαστος, ἀκόρεστος, ἀκράτητος, ἄκριτος, ἀκώλυτος, ἄλογος, ἀμφίρρυτος, ἀμφήριστος, ἀμφίβολος, ἀνέλπιστος, ἀνέργαστος, ἄνετος, ἀνυπέρβλητος, ἀξιόμαχος, ἄπειρος, ἀπέραντος, ἄπιστος, ἄπληστος, ἀπόῤῥητος, ἀπρεπὴς, ἀργὸς, αὐτοσχέδιος, ἀχάριστος, ἄχρηστος, βάρβαρος, βασίλειος, βάσκανος, δαιμόνιος, διαβόητος, διάφορος, δορυφόρος φρουρὰ, δύσβατος, δύσφημος, δυσχείμερος, ἐλεφάντινος, ἐμφύλιος, ἐνάρετος, ἔνδοξος, ἐνιαύσιος, ἔνοπλος, ἐξαίρετος, ἐπάλληλος, ἐπείσακτος, ἐπιεικὴς, ἐπιμήκης, ἐπινίκιος, ἐπιτήδειος, ἐπιχώριος, ἐπώνυμος, ἔρημος, ἔσχατος, εὐδαίμων, εὔδενδρος, εὐκαταφρόνητος, εὔλογος, εὐπάρυφος, εὔρυθμος, εὔστοχος, εὔτακτος, εὔτολμος, εὔφορος, ἐφήμερος, ἐφύβριστος, ἥμερος, ἡμίτομος, θανατηφόρος, ἰσόῤῥοπος, ἰσότιμος, καίριος, κόσμιος, κρύφιος, λεωφόρος, μεγαλόδωρος, μετέωρος, μηλόβοτος, μητρῷος, ὀλέθριος, ὁλόκληρος, ὅμορος, ὁμότιμος, συχνίος, παιδαριώδης, παμπληθὴς, παντοδαπὴς, πατρῷος, περίοπτος, περιπόρφυρος, πλείους δυναστείας, πολυάνθρωπος, πολυετὴς, πολυτελὴς, πρόκωπος, πρόσκτητος, προσποίητος, σεβάσμιος, σύγκλητος, σύμμαχος, σωτήριος, σώφρων, ὕπατος, ὑπόγυος, φιλάργυρος, φίλιος, φιλοχρήματος, χαῦνος, χρόνιος, ὤνιος.

Claudant locum hunc obſervata e Rsk. Or. et e Dem. Primum ad Andocid. V. 4. p. 102. l. 12. ſqq. πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζοντες λ. habet Rs. Ind. V. 8. p. 512. i. »πάτριος, adi. trium terminationum, quod alias

duarum tantummodo ſolet eſſe. ἣν πατρίαν εἰρ. ὀνομάζουσιν, dialecto ſua puta, Argivi. Nam Attici potius πάτριον dicturi fuiſſent.“ Quod fem. ſane mihi non deprehenſum eſt alibi ſecundum allata ad 7, 1, 4. 8, 7, 4. quibus add. 1370, 22. e Dem. Sed ap. hunc, quem Noſter et hoc genere expreſſerit, reperi per ſimiles claſſes,

1) adi. communis ſ. maſc. ſexus cum ſubſt. fem. ſine Ind. Rsk. βλασφημίας ἀδίκου 140, 22. cf. 152, 6. 1178, 2. ἡσυχίαν ἄδικον καὶ ὕπουλον 327, ult. (328, 2. ἡσυχία δικαία,) χειρῶν ἀδίκων 635, 27. συγγραφὰς ἀκύρους 1297, 25. πόλεις - ἀναστάτους 289, 22. διαλλαγὰς - ἀπίστους 18, 8. προφάσεις ἀτόπους 1177, 15. χώραν ἔρημον 361, 22. ὅμορον χώραν 10, 21. 197, 2. πόλιν σύμμαχον 198, 15. 383, 24. ὑπολοίπους μαρτυρίας 1281., ult., quibus add. ex Ind. Rs. ἀγήρων εὔκλειαν λ. ἄδηλον χάριν, ἀδιήγητον — ἔκλυσιν, ἄδοξον ἀσφάλειαν, ἀήττητος λ. ἀθάνατος λ. ἀΐδιος, αἰχμάλωτος, ἀκέραιος, ἀκίνητος, ἀκόλουθος, ἀκριβὴς, ἄκριτος, ἄκυρος, ἀμάρτυρος, ἀνάδικος, ἀνέγκλητος, ἀνέκδοτος, ἀνέμητος, ἀνέπαφος, ἀνήκεστος, ἀντίγραφος, ἀντίῤῥοπος, ἀνυπέρβλητος, ἀνυπόστατος, ἀνώμοτος, ἀπαραίτητος, ἀπέραντος, ἄπλους, ἀπόθετος, ἀπόῤῥητος, ἄπροικος, ἀπροσδόκητος, ἀπρόσκλητος, ἀσθενὴς, ἄσπορος, ἀσφαλῆ — ὁδὸν, ἀτέλεστος, ἀτελὴς, ἀτίμητος, αὐθαίρετος, αὔλειος, αὐτάρκης, ἀφανὴς, βάρβαρος, βασίλειος, δορυάλωτος, δύσκριτος, ἔγγειος, ἐγκύκλιος, εἰσαγώγιμος, ἑκκαιδεκάπηχυς, ἔκσπονδος, ἐλάττων, ἔμμηνος, ἔμφυτος, ἔνορκος, ἐξαίρετος, ἐπιεικὴς, ἐπικίνδυνος, ἐπίκληρος, ἐπιστολιμαῖος, εὔλογος, εὐμεγέθης, εὐπρεπὴς, εὐρύχωρος, ἐφάμιλλος, ἐφέσιμος, παμπλήθης, πάραλος, περιβόητος, περιφανὴς, πολυάνθρωπος, πολυτελὴς, προσποίητος, πρόστακτος, σύγκλητος, τριακόντορος, ὑπερμεγέθης, ὑπέρογκος, ὑπόγυος, ὑπόλογος, ὑπόχρεως, χειμάδιος.

2) quoad iungitur forma utr. ſimul, ſine Ind. Rs. 522, 19. δικαίαν καὶ εὔορκον τὴν ψῆφον. 711, 26. ἡ μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος λ. 804, 20. ἔννομον καὶ δικαίαν — γραφὴν — ἄδικον καὶ παράνομον, 372, 10. εἰρήνη — ἐπικίνδυνος καὶ σφαλερὰ καὶ ἄπιστος, 1155, p. ἡ ἄνθρωπος εὔνους καὶ πιστὴ, 633, 26. προδήλου τῆς ἐπιούσης τύχης οὔσης, cf. 289, 19. 22. 546, 10. tum procul 545, 8. τὴν ἑτέραν αἰτίαν — τὴν ἄδικον — τὴν δικαίαν, porro unius modo formae 269, 10. ἡ εὐσεβὴς καὶ δικαία ψῆφος, 345, 21. εἰρήνη — ἴση κ. δικαία, 587, 2. τὴν ὁσίαν κ. δικαίαν ψῆφ. 521, 7. πονηρίας ἑτέρας παμπληθεῖς, ſed talia ex Ind v. ἀγνώμων, ἀδιάφθορος, ἄκαιρος, ἄλογος, ἀνέλεγκτος, ἄπιστος, τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀῤῥήτους θυσίας, it. v. ἄτοπος, δαιμόνιος, δημόσιος, a. e., δικαία, θεῖος, κίβδηλος, παράδοξος.

3) adi. in ος quidem finientia in maſc. nominat., ſed per eundem aut obliquos caſus tamen in α aut η, in ſexu quidem fem. cum ſubſt. tali, ſine Ind. 83, 27. ἀλλοτρίας - χώρας, ἑτοίμην δύναμιν 101, 8. 11. ſed 232, 22. ἡλίκην, 330, 19. προαίρεσις — ὁμοία, 9, 9. ῥαδίαν αἵρεσιν, cf. 522, 14. it. 246, 11. μερίδος - τῆς συναιτίας, λ., ſed per Ind. v. ἀλλοτριοτάτας λ., ἀναγκαίαν, ἁπλαῖ, it. δικαία κ. ἁπλῆ, ἀργαλέη, ἀρίστην, ἀρχαίας, ἀστὴν, σωτηρίαν ἀσφαλῆ, βεβαίαν, (βραδὺς, βραδείας, βραχὺς βραχείας,) δεινὴ, δικαία, ubi add. 21, 7. 163, 26. 101, 19. 137, 16. 120, 12. 320, 14. 328, 16. 264, 18. 345, 21. 486, 25.) διπλᾶς, διτταὶ, δούλη, ἐαρινὴ, ἑκουσία, ἐλευθέρα, (ubi add. 120, 17.) Ἑλληνικαὶ, ἐμπορικαὶ, ἐναντίαν, ἐπιπολαίας, ἐπιτήδειαι, ἐρυθρὰν, ἑταίρα, εὐνομουμένη, ἐχθρὸς — ἐχθρὰν, (ἥμισυς — ἡμισεῖα) ἡρωϊκὴν, ἰδίαν, ἱερὸς, -ἱερὰ, ἴση, (add. 226, 10.) καθαρὰ, καινὴ, κακὴ, καλὴ, κενὴ, κληρωτὴ, κοίλη, κοινὴ, (add. 239, 7.) κυρία, λαμπρὰ, λεπτὴ, μακρὰ, μεστὴ, νόθη, ξένη, οἰκεία, ὀρθὴ, πατρῴα, πεζὴ, πιθανὴ, πιστὴ, (add. 1163, 12.)

πλήρης — φορὰν πλήρη, ποδαπὴ, προτεραία, πυλαία, σεμνὴ, σιδηρᾶ, σκολιὰ, ςυγερὰ, συχνὴ, σῶς l. σῶος — σώαν, ταπεινὴ, τελευταία, τριπλασίας, τυραννικὴ, ὑπάτη, ὑςεραία, φανερὰ, φίλιος — φιλίαν, χαλεπῇ, χαλκοῦς — χαλκῆν, χειμερινὴ, χίλιαι, ψιλὴ, ὡραία.

4) ſine Ind. πολιτικῶν δυνάμεων 306, 16. qui gen. plur. aeque eſt a nominat. fem. πολιτικὴ, ap. Noſtr. obvio.

5) in fem. utramque formam, βεβαίαν τὴν ἔχθραν, qnod novit Ind. (add. 20, ult. 204, 15. 216, 26.) non item δωρεαὶ βέβαιοι 478, 15. nec in hoc quidem adi. iſtud ſuperius ἡ μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος 711, 26. at „ἐρήμη] τὴν ἔρημον, — quod pro ἐρήμη — ſcil. δίαιταν ſ. δίκην — ἐρήμην τὴν δίαιταν — χώραν ἔρημον" it. πατρῴα δόξα — et τὰς πατρῴους θυσίας λ.

Caeterum ex eodem Dem. ſubiungimus in alios uſus, etiam partim Noſtri, 1) adi. pro adv. ex Ind. v. μέγας ηὐξήθη — ἤρθη, 2) adi. duo ſimul ſine copula, absque Ind. 20, 18. Θετταλοὶ νῦν οὐκ ἂν ἐλεύθεροι γένοιντο ἄσμενοι, quod poſtr. tamen et ipſum ſtet pro adv. 3) adi. cum gen. aliquo ſubſt. τὰ κάλλιςα τῶν ἔργων ἅπαντ' λ. 155, 18. ἑκάςην τῶν συμμοριῶν et ἑκάςῳ τῶν μερῶν 183, 9. ſq., ſed l. 24. ἑκάςῳ μέρει, at 184, 11. τοῦ μέρους ἑκάςου τὸ τρίτον μέρος λ.

EXCVRSVS

II.

ſuper adverbio it. praepoſitione intra articulum et ſubſt.

AD VARIA LOCA.

Ad 1, 3, 5. e. τῆς ἄγαν ἀκρασίας nomen protulit Leisn. figurae *hyphen*, quo ſibi volunt hoc, ut adv., ſtans intra artic. et ſubſt., et quidem ſeparatum a ſubſt., tamen cum ſubſt. adiuncto coëat quaſi in unum, i. e. non tam in unum nomen ſubſt., (quanquam ſolent nonnulli copulare talia per interiectam lineolam, ſaltem in Lat, v. c. *ſemper* — lenitas *patris*, cf. Fi. ad Well, p. 87. i.) quam potius in grammaticam copulationem aliam, qualis eſt in adi. et ſubſt., atque adeo, ut id adv. mutetur in affine adi. aut ſaltem ſyn., ſi deſint adi., ex adv. tali derivata; quae cauſa eſt hic quidem, ut, cum a Gr. ἄγαν non habeas adi. prognatum aliquod, devenias ad ſyn., v. c. μεγάλης, ὑπερβαλλούσης, περιττῆς, cum in Lat. ex adv. *nimis* teneamus ortum *nimius*.

Huius generis primi per articulum nude praemiſſum exempla ſunt ap. Noſtr. alia haec ex ordine quidem adverbiorum elementari 8, 2, 7. e. τὴν ἄνω γῆν, ſed τοὺς ἐκεῖ ςρατιώτας 2, 8, 18. cf. 2, 10, 8. 3, 1, 6.

Digitized by Google

c. 3, 4, 20. 3, 14, 2., tum τὸν ἐκεῖθεν χρυσὸν 5, 6, 11., ſed τὸ ἐκεῖνο ϛρατιωτικὸν 2, 9. 1. cf. 2, 9, 15. 6, 3, 1. it. τοὺς ἔξωθεν κινδύνους 2, 5, 9., porro τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους 2, 9, 1. 3, 4. 18. 4, 7, 4. 4, 15, 9. 6, 2, 19. 7, 8, 3. 3, 9, 17. 4, 11, 13. it. τῇ εὐθὺς φυγῇ 8, 1, 10., tum ὁ μεταξὺ χρόνος 3, 8, 20., at τοῖς πάλαι Ἰταλιώταις 8, 1, 14. 8, 4, 4. it. τὰ πανταχόθεν ζῶα λ. 1, 15, 9. 2, 8, 1. 2, 10, 2. 3, 8, 16. 3, 14, 7. 4, 12, 6., ſed τὸ ποτε ἑωθινὸν 6, 7, 16. it. 3, 15, 5. τῶν πώποτε βασιλέων, cf. 3, 10, 13. it. τῇ συϛάδην μάχῃ 2, 10, 17. 3, 4, 18. it. τὴν συϛαδὸν μάχην 6, 7, 19. 7, 12, 11., denique τοὺς χθὲς ἐχθροὺς 8, 6, 3. Sed 1, 14, 10. πιϛευόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων cum praeced. ſyn. v. N.

A quo parum differt aliud genus, cum poſt artic. interiecta ſunt quaedam, ut τῇ μεγίϛῃ ἐκεῖ πόλει 7, 2, 19. τὴν τῶν σχημάτων καὶ ἐπιτηδείων πανταχόθεν συγκομιδὴν 7, 8, 24. ταῖς τοῦ Ὠκεανοῦ συνεχῶς ἀμπώτεσιν 3, 14, 11. τὴν διὰ δοράτων συϛάδην μάχην 4, 10, 7., nec, cum legitimus artic. in principio oppreſſus eſt, veluti 1, 8, 4. (τῇ) τῶν προσκειμένων ἀεὶ καταφορᾷ, it. (τὰς) θηρίων παντοδαπῶν συϛαδὸν ἀναιρέσεις 4, 7, 2., nec, ubi pro ſubſt. eſt adi., ut 5, 1, 14. e. τοῖς ποτε κρείττοσιν, aut huic ſyn. participium, velut 2, 2, 19. τοὺς ἐνταυθοῖ δορυφοροῦντας, ſi quidem haec habeantur pro ſubſt.; quanquam poſtr. non habet hyphen, ſi pro verbo reputetur, quoniam cum verbo iungitur adv., valens ſua vi; quo et referam adv., in extremis ſtans, 7, 4, 4. οἱ προεϛῶτες τοῦ ταμείου τότε.

Super talibus conſuli poſſunt Vig. p. 2. Nr. 3. e. 366. a. m. Fi. ad Well. p. 86. e. ſq. 288. m. Rs. Or. V. 5. p. 90. N. 81. Luc. 2, 415. N. 68. 3, 35. N. 49. a. e., ſed in ἄγαν ſimul (praeter Stp. Th. 1, 3. B. e., ut in καὶ p. 112. F. e.) ib. 1, 721. N. 67. p. 737. N. 68. (ubi Noſtri reſpicitur locus ſine Vs.) 2, 440. N. 32. Abr. Dl. Th. p. 663. i. Ael. V. h. Ind. v. *adverb.*

Sed occurrit et aliud genus per Vs. tamen ſimile, in quo ordo inverſus, ut praemiſſum ſubſt. ſequatur articulus et adv., ut ap. Noſtr. 3, 12, 21. εὐνοίας τῆς ἄνωθεν, Bg. „benevolentiae *priſtinae*“ cf. ap. Fiſch. l. l. poſtr. „Μυσία ἡ κάτω, Myſia *inferior*“ et ap. Ael. V. h. 6, 12. p. 465. m. ὑπὸ τῆς ἀκρατοποσίας τῆς ἄγαν, *nimio* meri *potu.*

Ad quam claſſem illud Thuc. 448, 74. ἐπανῆγε τὸ ϛρατόπεδον ἐς τὴν εὐρυχωρίαν μᾶλλον, retulit Vs. ed. Duk. „*copias* in *locum* patentiorem *reduxit*“ ubi tamen adv. aeque pertineat ad v. ἐπ., cum ordo adv. non ſit, qualis in exemplis duobus pr., h. e. praeeat articulus, non ſtet poſt ſubſt. εὐρυχ. τὴν μᾶλλον. Similiter hoc Ael. l. l. 9, 26. i. Ζήνωνα — δι' αἰδοῦς ἄγαν καὶ σπουδῆς ἦγεν Ἀντίγονος, Vs. „Zenonem in ſumma *reverentia* et *amore* habebat *Antigonus*“ adv. mutat in adi., ad ſenſum, cum tracto adv. ad v. ἦγ., *in reverentia* habuit *valde*, redeat tandem eodem, proprie tamen ac ſevere adv. modo, divulſum a v. illo ἦγ., ſtet intra duo ſubſt., deſtituta illa omni artic., qui, ſi huc referri oporteat, debet cogitari ſic poſitus, δι' αἰδοῦς καὶ σπουδῆς τῆς ἄγαν ἦγεν Ἀντιγ., ſed forte hic potius referatur ad ſuperiora ap. Noſtr., ubi artic. erat oppreſſus.

Subiicimus exempla, obſervata nobis ap. Dem., (quorum, quae Ind. habuit, numeros hic omiſimus,) omnium claſſium priorum, et adeo A)

Digitized by Google

per ordinem legitimum, ſed 1) etiam e ſimplici ratione ac brevi, *τὴν ἄγαν ἐξουσίαν*, it. *ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις* 328, 22., ſed *ἡ ἄνω Φρυγία*, etc. *ἐν τοῖς ἄνωθεν χρόνοις* 121, 18. 1085, 23. *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις* 257, 14. 295, 15. 319, 25. 423, 25. *τὰς ἐνθάδε πράξεις* 153, ult. *τοὺς ἐντεῦθεν διδασκάλους* 219, 26. *τῶν ἔξω πραγμάτων* 74, 13. it. *τοῖς ἔξωθεν λόγοις*, ſed *εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον* 661, 27. it. bis in ſumma vicinia *τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου*, tum *τὸν μεταξὺ χρόνον* 50, 27. 388, 7. 392, ult. 708, 2. 868, 16. 1073, 10. *τῇ νῦν ὕβρει* 41, 6. 172, 17. 255, 12. *τῇ νυνὶ βοηθείᾳ* 44, 7. 87, 2. 212, 16. *τὴν οἴκοθεν φυγὴν* 899, 1., ſed *τῆς παραυτίκα ἡδονῆς*, at *αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι* 129, 16. cf. 605, 26. *ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ* 361, 12. *μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας* 51, 23. 118, 12. 193, 7. 436, 16., *τῇ τότε ῥώμῃ* 41, 4. 58, p. 258, 11. 1102, 16. 1172, 2. tum 2) interiectis quibusdam *τοὺς μὲν πρότερον συμμάχους* 20, 1. *τὴν τούτου τότε μισθαρνίαν*, ſed *τοῦ τότε πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου* 124, 7. *τὰς ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας* 44, 22. it. *αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι*, ubi Ind. recte „i. e. *αἱ σφοδραὶ καὶ θερμαί*“ – B) ordinis inverſi, *ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν* 44, 26. *ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω* 22, 23. *οὐκ ἦ ταῦθ' – τοῖς Ἀθηναίοις τοῖς τότε πάτρια* 295, 24. – C) per ambiguum ſitum, 13, 17. *ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα*, ubi adv. *ἐκ.* aeque cohaereat cum v. *ἥξ.*, ut ap. Noſtr. in ſuperioribus *πανταχόθεν*.

Tum ad hanc legem, ut adv. mutetur in affine adi., revocari poſſe videntur et haec, 1) ubi adv., praemiſſo articulo, habet ſecum gen. aliquem, ut ap. Noſtr. 5, 6, 17. e. *τὸ πρόσθεν τοῦ θεοῦ*, quod et patet in ſumta ellipſi duplici, ſubſt. *μέρος* et particip. *ὄν*, pro *τὸ τοῦ θεοῦ μέρος, τὸ ὂν πρόσθεν*,

2) ubi praepoſitio ſtat intra artic. et ſubſt., ut 3, 8, 13. *τοῖς ἐξ ἀνατολῆς ἀνθρώποις*, ubi Bg. quoque *orientalibus hominibus*, it. in illa pr. *κατὰ*, ut *ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ* 2, 11, 26. Bg. *in* noſtro *ſolo*, qui id facit et in aliis praepp., ut damus in Ind. ſub *praep.* cum *ſubſt.* it. in ordine inverſo, ubi ſubſt. praeit, ut 8, 1, 5. *τοξόται οἱ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς*, ſagittarii *orientales*.

Denique aliud genus reperitur quoque huius figurae, a quo magis proprie hyphen videtur dictum, cum adv. cum parte orationis aliqua ita coaleſcit, ut fiat una vox; quae res fortaſſis fluens e ſerie omnium una in Mss., ſervata eſt deinde ab iis, qui inde editiones typis deſcriptas darent, et hinc quoque in Lexicis. Per ſe enim nihil impedit, quo minus ſeparatim dividendo que ſcribantur et edantur talia: quorum hic modo affero haec, 1) *ἀπαξάπαντες* Ariſt. Plut. v. 111., ubi Schol. diſerte „*ὑφ' ἓν δὲ ταῦτα τάττει. καὶ προφέρονται, ὡς δηλαδή, ἀπαξαπλῶς*“ unde Suid. hauſit 1, 246. m.

2) alia, ex *ἀεὶ* compoſita, tum adv. v. c. *ἀεικινήτως*, tum adi., ut *ἀειγενής*, tum verba, tanquam *ἀειβλαστεῖν*, tum ſubſt., v. g. *ἀειπαρθένος*, cf. Fi. ad Well. p. 87. i. it. *ἀειφυγία* et *ἀειλογία*, Bud. C. 11, 22. 233, 10. cum Rs. Ind. Dem. In quibus ſubſt. modo lex manet, quam ab initio ſanximus, ut adv. fiat affine adi. Sed in reliquis adv. *ἀεὶ* ſua vi et voce Lat. aliqua retinetur.

Caeterum Bg. in 2, 4, 13. *ἔδωκε γεωργοῦσιν ἀτέλειαν καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν, perpetuam* dominii *ſecuritatem*, iungens non cum pr. v. *ἔδ.*, ſed cum ſubſt. formulam adverbialem *διὰ π.*, cogitarit quoque

by Google

EPISTOLA.

Cum nuper per litteras minabar colloquium Tecum, Scheeli Dulciſſime, aliquod longius: non poteras, credo, quale innuerem, ſatis ſuſpicari. Sed en fidem manifeſtam. Debui Tibi hoc, ut nomine inſcriptum Tuo prodire *Tertium* Herodiani Operis *Tomum* iuberem, propter beneficium, quo me ſuperiori anno afficere voluiſti, dum latentem apud me inde a diſceſſu ex hac urbe ſchola que Tuo librum, mutuo que a Te ſumtum ad perficiendos in Herodianum labores, ita donabas, ut ſub remiſſa ſchedula, quam pro pignore dederam Tibi comitem, ſignares haec, „*Stephani Theſaurus Gr. L.* nactus eſt nunc Irmiſchium dominum, ita volente domino priore.“

Quam benevolentiam, eo gratiorem mihi, cum nec expectaſſem, nec cogitare unquam eſſem auſus, etſi Tu quidem libenter etiam ſoles ſine teſtibus beneficia tribuere, contentus ipſo facto excelſo eius que conſcientia, quae per ſe eſt recte factorum merces dulciſſima, tamen nolui ego ſolus ſcire, ſed ita palam profiteri, ut agnoſceres, me Tui animi amoris que magnitudinem intelligere non tantum atque metiri animo, ſed nec tacere, et, quanquam levidenſi, tamen aliquo certe munuſculo referre cogitaſſe. Qui enim aliud, ex arca petitum, reſpuere videbaris, maxime, cum noſſes, qui ſcholae ſint hic terrarum magiſtri, divitiis non laborare, hoc tamen, ex ingenio profectum, eo libentius accipies, quod longa praedicatione ruborem Tibi non exprimat, ſed, ſimplici hac brevi que gratiarum actione defunctum, ſtatim aliam Tibi rem praebeat cogitandam atque contemplandam.

Ut enim, qui epiſtolis ſcribendis utiliter tempus impendunt alii, ſubinde capita quaedam doctrinae tractando invicem ſeſe oblectant: ſic et Tecum ego hic collocuturus coram aliis multis que, experiar aliquid ſuper *Critico* atque *Philologo Obſervatore.*

Argumentum vides, Amice, nec ineptum libro edendo, et natum ex ipſo, quem adhuc tractabam, labore. Scilicet, qui in Opere Herodiano efficere volui duo, *primum*, ut textum graecum darem vel iam correctum, vel olim corrigendum, *deinde*, ut verba dicendi que formulas non modo explicarem, ſed et, unde orta utraque, oſtenderem, idem duplicem perſonam illam induere coactus ſum, ut agerem et *Criticum* et *Philologum.*

Digitized by Google

Et in prima quidem parte, quae *critica* eſt, facile perſpicis Tu, conveniens eſſe ac neceſſarium hoc, ut videat editor aliquis lector ve, utrum locus aliquis corruptus ſit, nec ne, tum, quomodo emendandus, ſi vitium pateat.

Enim vero hunc vitii corruptionis que ſenſum ut, aliis, qui libros auctores que veteres vel legerent, vel edendos curarent, defuiſſe interdum, ab aliis creditum eſt atque declaratum: ſic et ipſe in tractando ſcripture meo compertum habeo, defuiſſe eundem ſenſum quoque iis, qui Herodianum vel inde a multis ſeculis legerent, vel a multo usque tempore ederent, etiam Latine converſum darent.

Quam vere id dicam, ſi documenta quaeris: reperies per Notas tum priorum Tomorum duorum, tum tertii huius. Quin enim dures laborem illum legendi Notas noſtras, non dubito, qui dudum adſuetus es laboribus moleſtis perferendis, partim in ſchola mihi ſocius quondam doctiſſimus, partim in munere deinde alius generis publico.

Reperies ergo, ubi nemo antea vel Editorum, vel Commentatorum, vel Interpretum, nec vetus Politianus, nec *novus* Berglerus, in loco aliquo haeſerit, vel vitii quid deprehenderit; cum tamen vel monitus a Mss. noſtris, vel ſolus oculis meis viderim ego, adeſſe quid, quod rectum nequeat eſſe, — Aut, ſi qui alii, corruptam lectionem videntes, emendarent deinde, quomodo vicinius emendatam cupierim, — Aut denique, ſi alii corruptelam quandam proderent, quam ego contra nil tale conceſſerim, ſed, ſalva omnja eſſe, contenderim, allatis ubique cauſis.

Talium locorum quo minus omnia et ſingula Tibi hic ſeparatim per numeros ſubiicerem, impediverunt anguſtiae temporis, quibus circumſcriptus nunc conſignare debui hanc ad Te epiſtolam. Dubius enim antea redemtor Operis, utrum proferret *Tomum* hunc *Tertium* ſimul cum *Quarto*, an ſigillatim, monuit me ſubito de Praefatione, *Tertio* Volumini praefigenda aliqua. Ibi cum ſudarem in *Indicibus*, ad totum Opus Herodiani conficiendis: non potui percurrere Tomos omnes iterum, ut conquirerem iſtorum generum trium, ad criticam partem pertinentium, loca.

Illud quidem vel ſic agnoſces, Vir Doctiſſime, quicunque iſta critices genera tria exercere ſuſtineat, eum debere 1) univerſe noſſe, quid rectum, quid pravum, h. e. in Graeco quidem ſcriptore aliquo, quae ſit putetur ve Graecitas antiqua ac proba, — 2) videre

poſſe, an ſumtus quis ad tractandum ſcriptor ad eam tanquam regulam accommodarit ſeſe.

Id vero ut videre quis poſſit: haec videris Tu mecum requirere, ut teneat 1) acumen, et facultatem hanc, qua cernas facile et celeriter, quid adſit, — 2) ſubtilitatem illam, quam dixerimus cogitationem altam profundam ve, e Vernaculo illo *Tiefſinn*, ut plus cernas in re quadam et aliud quid, quam alii, et quod alii nondum creverunt, — 3) fortitudinem litteratorum ſ. litterariam, quam nominamus, atque animum adeo hunc, non levem et inſtabilem, ſed conſtantem ac pertinacem, quaſi que durum et ferreum, ut in legendis ac cogitandis verbis utatur tarditate, mora et patientia, nec moleſtiam quandam detrectet in verbis contemplandis, et in cogitatione ac mente figenda veluti in illis diutius; cuius virtutis pars quaedam exiſtit ex illa, quam vulgo dici ſcis *attentionem*, ut in una tantum re mentem defixam teneas, caeteris nunc quidem relictis ac ſpretis. His que tribus animi viribus ornatus qui ſit in tractando *critica ratione* auctore ſuo, eundem credes hauddubie et Tu conſecuturum hoc, ut omnia perpendat, omnia conſideret, nihil effugiat, nihil praetermittatur.

Verum recte monueris, Scheeli Amiciſſime, memor illorum, quae in Epiſtola ad Fratrem in Tomo Secundo diſputata ſunt, illis virtutibus prolatis in parte hac *critica* accedere debere aliam hanc, quae propria eſt artibus omnibus. *Ingenium* ſuggeris, audio, et facultatem animi iſtam, qua cernimus, quid ſimillimum vocibus et elementis quibusvis, adhuc per vulgata exempla repertis, aut a Ms. praebitis. Nam et haec ſubinde depravata meminiſti, quae Mss. afferant, et in his tamen latere novam veram que lectionem; cuius generis exemplum, in recenti memoria haerens mihi adhuc, e Tomo Tertio indicare Tibi potui 7, 10, 4. p. 815. in πολλήν, quod in non diſſimile πολλῶν emendandum cenſebam.

Hactenus igitur imaginem propoſui Obſervatoris *Critici*, ut iudicares, quid ille videret, quibus que uſus praeſidiis, per *binas* illas quidem iudicii critici partes priores.

Namque in *tertia*, cum aliorum correctionibus obnitimur atque repugnamus, quanquam requiritur potiſſimum animus conſtans alius generis, ut non ſtatim deſerantur reperta recepta que dudum nec, ſi Mss. nova quaedam proferant, tamen et caeteris opus eſſe, facile intelligis, virtutibus propoſitis. Quis enim dicat, alios ubique acute creviſſe, aut poſteriorem aliquem editorem non potuiſſe

Digitized by Google

plus prioribus vidiſſe, aut ſuperiores cogitandi adhibuiſſe vel tempus longiſſimum, vel ſummam patientiam?

Sed vis quoque, Scheeli Dilectiſſime, alteram, quaſi e regione pendentem, contueri imaginem illam Obſervatoris *Philologi*? Accipe ergo has iſtius partes ac veluti functiones.

Omnino videat ſentiat que, quid auctor quisque det quovis loco, cum in verbis, tum in enunciatis.

Quoniam autem verba ſunt vel priva, vel iuncta: in utroque genere hoc aliquid cerni oportet.

Et in *privis* quidem ac ſingulis vocibus animadvertet, quae notiones iis ſubiectae ſint ubique; quoniam cuique vocabulo ſua eſt quaedam vis, ſua ſententia, ſua res, quam ſcriptor aliquis cogitat, et quam lector auditor ve cogitare quoque debet, et interdum quidem una duntaxat et ſimplex, ſed interdum multiplex et varia, tum vel propria, vel tropica, item perſpicua certa que, ſed et dubia atque ambigua.

Quarum notionum cognoſcendarum cum dentur praeſidia multa: tum illa ſunt utique certiſſima et firmiſſima, quae petuntur e contextu et locis his, ubi explicatio quaedam ſubiicitur, vel iis, quae ſcis Tu dici vulgo *parallela*. Illuc igitur oculos mentis corporis que flecti decebit..

Sed de verbis *iunctis* et phraſibus, quas uſurpari ſolenni vocabulo noſti, quoniam conſtare ſolent pluribus orationis partibus, ad minimum que duabus, et, exempli gratia, aut ſubſtantivo cum ſubſtantivo in regimine, aut ſubſtantivo et adiectivo ſeu epitheto, aut nomine ſubſtantivo et verbo, quod proprie appellamus, actionem quandam vel perpeſſionem continente, aut denique ad haec adiunctis vel praepoſitionibus, vel adverbiis, caeteris particulis, ut interiectione illa, item ſubſtantivo aut adiectivo cum praepoſitione, aut, inverſa ratione, praepoſitione cum ſubſtantivo, item cum adiectivo, porro adverbio cum ſubſtantivo, per figuram illam *hyphen*, multis que aliis generibus: quid horum omnium ſingulis occurrat locis, ſpectabit et conſiderabit, quem fingo hic, Obſervator.

Neque tamen in ſola hac verborum deſcriptione et ratione haerebunt oculi, verum et in *ordine*, quo ſeſe voces ſequantur iunctae formulae que dicendi.

Recordaris enim, qui ſint in ſcribendo elegantiores, eosdem orationem *variare* diverſis locis, ne faſtidium oriatur atque ſatietas, unis iisdem que ſaepe et iterum proferendis, ut que copia quaedam in-

aliquam hendiad., vertens quippe etiam per adi., quae hend. ſimilis ſit illi claſſis primae, in adv. quidem, ante ſubſt. locato, ſed reliquis ſupra exemplis, ubi abſuit articulus.

Sic et in generis ſuperioris loco 7, 8, 24. *διὰ τὴν τῶν ὀχημάτων καὶ ἐπιτηδείων πανταχόθεν συγκομιδὴν*, ubi Bg. „*ob* vehicula, *res* que *alias* neceſſarias, *quae* undique *comportabantur*“ mutabat ſubſt. extr. in formulam plenam e pron. relat. et finito v., ſane adv. *π.* non potuit, e lege ſuperiori, tranſire in adi. affine, ſed tamen ſervari in ſevera Lat. Vs., quam in N. dedi, etiam a noſtratibus, poſt ſubſt. poſitum, *wegen* der *Zuſammenführung* der *Wägen* und *Bedürfniſſe* von *allen* Orten *her*, aut, mutando ſubſt. in adi. ſ. particip. affine, ante id, *wegen* der von *all.* Ort. *her* zuſammen *geführten* ſ. zuſ. *zu* führenden *Wäg.* und *Bed.*

Denique ſeparatim ſtet ille Noſtri locus 3, 12, 24. *φονεῦσαι τὸν ἄνδρα, ὡς ὁμολογουμένως πολέμιον*, ubi Bg. „*occidere* hominem, *ut* manifeſtarium *hoſtem*“ mutat adv. in adi., non quidem proximum, (ut in ſyn. particip. — pro quo varietur, — *ὡς ὁμολογουμένοις ἐχθροῖς*, *tanquam* inimicis *profeſſis* 7, 10, 2. et *ὡς πρὸς βασιλέα ὁμολογούμενον*, indubitatum 2, 8, 12.) ſed ut per ſyn. Lat. 3, 5, 13. *ὡς πρὸς ὁμολογούμενον ἐχθρόν*, ut *adverſus* manifeſtum *hoſtem*. In loco ergo, quo de hic agimus, figuram illam *hyphen* adiuves ſuppleto particip. v. ſubſt. *ὄντα*, *hominem*, qui *ſit* hoſtis *manifeſto*, ex *profeſſo*, cf. G. Th. in praep. 445, 22. ex *profeſſo* inimicitias *cum* aliquo *gerere*. Sed quod *hyphen* et cuius ſit claſſis, non liquet mihi quidem. Videtur eſſe novum genus, ubi adv. ſine artic. copulatur cum nomine, per ſe adi., ſed pro ſubſt. poſito. Nec tamen fortaſſis illud genus ſuperius, ubi oppreſſus artic. Tum, ſive additum fingas, *τὸν ὡς ὁμ. πολ.* ſive minus: accepto *πολ.* pro adi., habeas *ὁμ.* pro legitimo adv., ut cum dicimus *virum*, vere *bonum* ſ. *doctum*, ut ſit h. l. hominem, *tanquam* manifeſto *inimicum*. Sicut et particulam *ὡς* iungas non cum remoto *πολ.*, ſed cum proximo *ὁμ.*; ut in illo *ὡς ἀληθῶς*. Et adeo nullum *hyphen* exiſtet ex utraque ratione poſtr. Sic que in nobiliſſimo illo N. T. *ὁμολογουμένως μέγα* cum adi. eſt.

EXCVRSVS

III.

ad 3, 1, 2.

ὁ δὲ Νίγρος, ἐπεὶ ἠγγέλη αὐτῷ — κατειληφὼς μὲν τὴν Ῥώμην ὁ Σεβῆρος λ.

Ad quem locum cum Ms. dediſſet *ὡς κατειλ.*, at ego reperiſſem plagulam poſtea, quae teneret ſignata a me quaedam: nunc proferre placuit.

Igitur reperi collecta iam haec, 1) v. *κατεπαγγέλλεται γάρ*, cum *ὡς* pro *ὥστε* cum inf. *τοσούτους ἐκκαλέσασθαι παρὰ τῶν δικαστῶν θορύβους, ὡς οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με ἐπὶ τὸ δικαστήριον*, ap. Dev. p. 372. e. ſq., e mente quidem Bud. C. 1546, 20., qui tamen errat, cum *ὡς* proprie cohaereat cum pron. *τοσούτους*, ſed cum v. *κατεπαγγ.* iam prior aor. *ἐκκαλ.*, poſitus ille pro vel praeſ. vel fut. 2) noſtrum ſimplex in act. cum *ὡς* et particip. ap. Abr. ad Ae. 1, 336. m. e. Soph. Electr. „vs. 1454. *ἤγγειλας*

ὡς τεθνηκότα" immo v. 1356. *nunciaſti* — me *mortuum*, cui add. ib. per inverſum ordinem vs. 1480. ἢ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν ὡς ἐτητύμως; veriſſime *ergo* nunciarunt *mortuum?* niſi ὡς pertinet ibi ad ſq. adv. 3) v. noſtrum in paſſ. cum ὡς et particip. nominativo ap. Abr. Dl. Th. A. p. 337. m. e Plat. Menex. „αὐτὸς ἠγγέλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων, (praemiſſo canone p. pr. e. „ὡς cum participio loco indicativi, aliquando etiam loco infinitivi") ubi tamen ὡς aeque pendeat a proxime praeced. v. διαν. ſicut idem profertur locus ad Herdt. p. 480. N. 21. poſt praemiſſa haec „voculae (huic ὡς) ſaepe, ubi ſine detrimento reticeretur, ſua vis ſuus que lepor eſt" et ſimul e Pauſ. alius clarus in priorem cogitationem meam „Λακεδαιμόνιοι — διανοοῦντο ὡς θάψοντες" ubi merum v. διαν. ſic cum ὡς et particip., quocum et alii volunt illud ὡς ex redundanti adeſſe, cf. Koen. ad Greg. p. 31. N. 55. Krb. Obſ. p. 403. m. Onoſ. p. 41. N. 4. Z. ad Vig. 542. a. e., ubi poſt ſyn. phraſin eſt ὡς cum gen. conſ. φήμη ἐξῆλθεν ὡς ἡμῶν ἀκολουθησόντων, alio tendente Bauer. philol. p. 206. m. 4) ap. Theophr. Ch. 20, 2. m. καὶ ἐσθίων δ' εἶμαι διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιών, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη, ubi Ind. v. med. vocis „διηγ. dicere, *oſtendere* —, ſequente particula ὡς" ſed haec ὡς non referatur ad proximum particip, ſed ad remotum v. καθ., ut et Caſ. Vs. rexit, *inter* edendum *narrat*, ſe, *belleboro* accepto, *quae in viſceribus baererent, eieciſſe deieciſſe que.* Sed his 5) addo locum, prolatum iam ad 6, 6, 12. p. 439. i. e Zoſ. 4, 14, 4. καὶ οὗτοι γάρ, ὡς ἐπιβουλεύοντες τῷ βασιλεῖ προσηγγέλλοντο, *nam et* illi, velut *inſidiatores*, principi *deferebantur*, ubi v. πρ. in paſſ. non tantum eſt cum partic. ὡς et nominativo participii, (quod maxime quaerebatur,) ſed etiam, ut ſimpl. ἠγγ. noſtro loco, cum dat. perſ., quo de praeter 1, 8, 17. e. p. e., cf. ad 5, 6, 1. διαβληθέντας αὐτῷ, ὡς ἀπαρεσκευμένους λ. it. 1, 14, 14.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

A. p. 2. l. 36. 2, 14, 2. ὁ δὲ δῆμ. καὶ ἡ σύγκλ. λ. variarit (cf. ib. §. 4. 4, 1, 5.) ad — ib. l. 41. cauſa, it. ib. 15, 486. populus *que* patres *que*, it. ib. v. 590. *populum* que *gravem* que *ſenatum*, it. Faſt. — ib. l. 42. patrum *que*, it. Claud. de laud. Stil. 3, 116. arbitrium *plebis* patrum *que*, tum — p. 3. l. 43. commemorare. Caeterum Bg. e P. omiſit μὲν, ſolitarium iterum ſtans init. orat. — p. 14. l. 41. *levat*, et in quandam explicat. 7, 1, 6. e. — p. 16. l. 1. leg. §. numerum 12.

D. p. 59. l. 25. 3, 11, 17., et forſan οὖν etc. opprimente iterum. — p. 60. l. 39. 4, 8, 9. aut per alterum exprimit pron. demonſtr. *ipſ.* (cum id valeat i. q. *ce*, qua particula ſolet Gr. δὴ vertere, cf. 5, 8, 7. 3, 10, 16. i. 4, 10, 8.) reddens —

E. p. 69. l. 22. eſt« cf. 4, 2, 9., tum — p. 80. l. 16. deſerto P. (non item ad δὴ, e noſtra ſententia,) ſubiecit —

F. p. 82. l. 31. γὰρ, ut 5, 2, 9., dum — ib. l. 39. pertinent ad μεν — p. 86. l. 36. c. 33. e. Caeterum, ob ſq. δὲ, iterum μὲν in pr. membro oppreſſum, quod diſerte adiunctum vidimus in aliorum ante productis locis. — p. 90. l. 35. cf. 2, 9, 16. 2, 1, 24., dum — p. 91. l. 5. in Vs. Lat. clanculum urbe exiit — ib. l. 40. N. 2. Caeterum e P. reſtitui omiſſum in Vs. Bg. ſubſt. πόλεως, a Noſtro c. v. ὑπ. iunctum per analog. — p. 95. l. 20. *ſuſtinendam*, quibus add. tardius reperta haec, ap. Xen. Hell. 3, 2, 13. m. ϛράτευμα — παρεσκευάζετο, ὡς μαχούμενον, quod poteſt fut. eſſe, et iam 1, 6, 3. παρεσκευάζετο, ὡς ἀπαντησόμενος λ. it. ap. Thuc. 110, 52. προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι, cf. ad 7, 12, 4. — ib. l. 27. aliunde, cf. Ioſ. 1, 857. l. 3. e. ὑπ. τὴν πολ. Ind. —

G. p. 103. l. 13. Hs., it. c. praep. ap. Ioſ. ſine Ind. 2, 153. l. 4. e. τὸ πρᾶον αὐτῶν δέλεαρ εἰς ἐνέδραν ὑπώπτευεν, verum — p. 105. l. 38. cf. 2, 11, 4. it. ap. Dd. S. 1, 349. l. 27. *percupide*, et —

H. p. 113. l. 12. *cohortibus*, cui add. cohortem *praetoriam* e Sall. Cat. 60, 5., ubi Cort. laudat noſtrum loc. ſine Vs., ſed — p. 117. l. 25. 2, 8, 18. e. 1, 9, 18. e. cum — p. 123. l. 1. leg. §. numerum 23.

I. p. 130. l. 35. ſeveris. Caeterum et hic ſuppleas adv. ἐκεῖ, repetendum e pr. κατὰ τὴν ἀνατολὴν, cf. 4, 8, 16. In — p. 138. l. 27. *obſtupui*; (qui ſunt tamen potius caſus rerum, pro locis quibusdam habendarum, cum hic in vulg. lect. detur acc. rei ſ. ornamenti, non valentis pro loco aliquo;) ſed — p. 143. l. 42. *ubi* viſus *eſſet*, —

K. p. 156. l. 24. A. 3, 99. mixto ingens exorta tumultu Laetitia, ib. v. 633. —

L. p. 162. l. 12. p. 564. m. ſqq. Caeterum ad ἐν μέσῳ hic quidem non ſuppleverim illa aliorum locorum ſubſt. τόπῳ ſ. χωρίῳ, ſed potius σώματι aut χιτῶνι, vel ſaltem e plur. pr. χιτῶνας haec, ἐν μέσῳ τόπῳ τῶν χιτώνων. — p. 165. l. 33. Suid., ſed in gen., pendentem a praep., ad 5, 8, 9. p. 251. e.

M. p. 177. l. 22. it. πάλιν poſt ἐξ — p. 180. l. 7. ἐξ οὗ π., ſi quidem maſc. ſexus ſumatur, ſed, ſi neutr., pro ἐκ μέρους τοῦ χρόνου, ἐξ οὗ π., cf. — ib. l. 32. τότε, cf. 3, 7, 10., ſimpl. —

Digitized by Google

N. p. 195. l. 39. et 9, 49. cf. Plin. Pan. 22, 1. priores *invehi* et *importari* ſolebant, *non* dico *quadriiugo* curru, *et* albentibus *equis*, rel. — p. 203. l. 21. finibus, cf. 2, 9, 11. i. ἐκαμ. In —

O. p. 221. l. 3. ἐκ τῆς ἑτέρας —

P. p. 226. l. 4. in Bg. Vs. filios — p. 228. l. 18. in Gr., *iubeatur* — p. 229. l. 42. cf. 1, 3, 2. e., ubi cum dederimus τοῦ μειρακίου terminum *a quo* poni ſolere in annum 14 demum: Noſter id nominis Alexandro 6, 1, 12. tribuerit liberalius, ſi hoc tempore, quo de hic agitur, tenetur aetatis annus 12, ſed contra, ſi ſumitur ille Heynii ſupra 13, Noſter conveniat cum ratione vulgari et anno 14, quoniam ab anno noſtro, praefixo hic, 974, usque ad l. l. 6, 1, 12., ubi praefixus nobis eſt numerus 975, modo annus interceſſit unus. — p. 234. l. 22. ſq. (qui in Ellipſ. tacet, maxime p. 375., ubi de τὰ παιδικὰ χρήματα, ad quam analog. et hic ſuppleverim illud ſubſt. χρήματα, quanquam et procedat πρόσωπα,) ubi — ib. l. 30. illa P., ſed ut hic π. valeat modo p. Lat. *multos*, *plures*, ſ. *quoslibet*, *quoscunque* ſ. *promiſcue omnes*; ad — p. 240. l. 27. proruperunt" (dum et procedit εἰς p. σύν, cf. 1, 4, 17. e.) ſumto —

Q. p. 251. l. 17. 5, 7, 11. cf. ib. 1, 7, 10., reſpic. — p. 253. l. 5. πεθνήξε —

R. p. 260. l. 3. A. e. Hrdt. 1, e. Dem. — p. 267. l. 30. ex 7, 12, 7. — p. 269. l. 19. N. 8. Toup. ad Suid. epiſt. crit.

S. p. 273. l. 35. e. Caeterum ante μέντοι, in membro pr. putari poterit μὲν oppreſſum, ut ante δὲ ſyn. alibi. — p. 274. l. 10. novae §. et neutr. πάντα aeque valebit de perſ. ac de rebus, cf. ad 2, 4, 2. p. 276. l. ult. *quidem*, dum μὲν iterum ſtat ſolitarium, aut refertur ad ſq. §. τούς τε, cf. 3, 13, 10. etc. — p. 278. l. 36. quo de v. Suid. 2, 84. m. v. φύλαγ., ad — p. 279. l. 21. v. 2, 4, n. 2, — ib. l. 22. Αἵρεσις — p. 280. l. 11. ſupra, ſed ambigue hic poſitus, quorſum pertineat, ad ſubſt. τῆς ἀξ., dignitatis *ſuae*, an ad αἱρ. conditionem *ſuam*; etſi prius videtur potius. Caeterum —

T. p. 289. l. 44. μειρακ., (quo de cf. ad 5, 7, 7. in Addend. ad p. 229. l. 42.) tum — p. 291. l. 2. αὐτοῦ ° τῶν — p. 299. l. 7. ut 4, 7, ſ. de —

U. p. 311. l. 1. ὁ Περσ — p. 314. l. 33. Obſ. Cic. Or. p. leg. Man. c. 15. e. *Tigranem*, magnis *copiis* minitantem *Aſiae*, de — p. 316. l. 25. cf. 1, 2, 4., ſed et ad ſubſt. κτ. aliquod pron. poſſeſſ. ſ. recipr. in gen., αὐτοῦ ſ. ἑαυτοῦ, cf. 6, 4, 9., ubi —

X. p. 321. antep. cf. Cic. Catil. 3, 5. m. ſ. 11. e. repente *praeter* opinionem *omnium* rel. et — p. 322. l. 6. v. N. ad 5, 3, 5. e. — ib. l. 18. iterum, vel primo κ. pro *id que*, vel quoque pro mera copula *et*, ut alibi, cf. 2, 2, 5. e. rel.) ſed — p. 329. l. 19. βάρβαρα, ſed in analog. Ioſ. 2, 392. m. βασιλεῖς ὁμοφύλους, reges *gentiles*.

Y. p. 347. l. 1. τῆς — p. 348. l. 20. e P. Caeterum et ad huius et ſq. §. init. opprimitur οὖν etc. cf. 5, 2, 11. — p. 351. l. 19. ib. 2, 8, 11. 2, —

Z. p. 354. l. 2. αὐτοῖς — p. 357. l. 5. in Vs. Lat. ipſis largiter pecunia — p. 359. l. 5. ἐπιστρεφόμενος — p. 363. l. 9. 6, 3, 11. e. at negligit cum eodem pron. primum αὐτ. p. 367. l. 5. hauddubie, cf. 2, 3, 12. p. 74. i. a) —

Aa. p. 369. l. 28. per μέντι — p. 370. l. 16. illis 7, 6, 14. et —

genii] emineat, et voluptas non ingrata e varietate loquendi excitetur.

Itaque ut facimus id tum in ſingulis vocibus, tum in eloquendi rationibus phraſibus que: ſic et commutamus orationem, ordine partium aliter inſtituendo, ac locandis partibus omnibus alio modo atque alio. Is que modus cum pendeat ab arbitrio ſcriptoris cuiusvis, et ab ingenii felicitate, ubertate atque amplitudine: apparet, quia cuique homini attributa eſt ingenii facultas et veluti menſura ſua, et quia cogitandi ratione locandi que orationem quisque utitur ſua, apparet igitur, in quovis ſcriptore ordinem talem, quoad vel ſingula verba, vel iuncta aliis, diligenter eſſe contemplandum.

Enimvero dabis, Suaviſſime Scheeli, etiam hoc, illam videndi diligentiam pertinere ſimul ad *enunciata*, quae ſupra ponebam, ſeu mavis *enunciationes*, quibus cogitas mecum illas dialecticae propoſitiones, partibus conſtantes iſtis vulgatis, ſubiecto, copula et attributo ſeu praedicato.

Eiusmodi enunciationes ſecum deinceps iunguntur vel merae ac nudae veluti, inſtructae que tantum neceſſariis illis ſuis ac ſolitis rebus et numeris, vel per periodum, eandem que vel ſimplicem, vel compoſitam. Licebit enim per Te quoque, adhiberi repeti que vulgaria haec ac trita, quoniam ſine his non bene procedat, quae via et ratione inſtituitur diſputatio.

Eſt ergo, cum unam complexi animo ſcriptores aliquam enunciationem atque propoſitionem, divulſis a ſubiecto copulis attributis que, per interiecta membra ſuſpendunt et amplificant, tanquam aediculam illam in conſecrando Romanorum imperatore, quae referta intus ſarmentis odoribus que, implentes atque exornantes, aut, ubi egreſſi ſunt velut e loco certo, per ambages ac longum iter, e deverticulis, in quibus haerebatur aliquamdiu, tandem illuc venientes atque conquieſcentes, quo voluerunt ab initio.

Contra autem, non contenti una enunciatione ſola que, cum res offerunt ſe menti ſimul multae, multas iidem ſcriptores coagmentant et quaſi conglutinant enunciationes, cumulatis in unum que coactis locum rerum temporibus, modis, cauſis, tanquam exſtruentes aliquod palatium, ut reges ac opulenti, et, ſicut in Romanorum imperatorum aula palatina, praeter varias diaetas atque concamerationes, additis foribus ianuis que cum anticis, tum poſticis, *protaſin* et *apodoſin* putas me digito quodam demonſtrare, et quendam Ianum bicipitem biforem ve, aut comparaturi et conſcripturi exercitum ali-

Digitized by Google

quem ingentem, ubi unum corpus agmen que conſtituant vel Homerici ordinis, vel quodvis aliud, praecedens et ſequens a tergo, etiam quadratum ſubinde, ac quale Maximinus Thrax apud Herodianum 8, 1, 4., in medium coniectis atque collocatis, quae impedimenta ſunt hominum, iumentorum et vehiculorum.

Atque etiam in hac periodorum ſtructura, quarum praecipuum genus eſt Graecis Latiniſque per participia, varietas incidit tanta, ut praeceptio ſuper ea re non valeat univerſa; ducitur que omne ſtruendae periodi artificium minus a magiſtri voce ac regulis, quam a naturae ingenii que modo, magnitudine et bonitate; quanquam hoc non eſt diffitendum, eſſe compoſitarum et longiorum periodorum inventum ſeriorum rhetorum atque oratorum, et, ut quisque ſcriptor ſit vetuſtiſſimus, ita minus adhibere periodos compoſitas, longiores ſaltem et inſtructiores, ſed potius periodos ſimplices atque enunciationes ſingulares, quas et inter ſe plerumque priſci aevi ſcriptores, nominatim hiſtoriarum, iungunt mera copula, et Graeci ſuis καὶ, τὲ et δὲ, cauſis deinde ſeparatim ſubiunctis, nec in periodo praemiſſis, interdum vero coniectis in mediam orationem, et periodo innexis ſimplici.

Iam, quem tradimus Obſervatorem, nonne iubebimus intueri hanc periodorum totam compoſitionem, modum rationem que? Non, ut ipſe diſcat orationem ita conformare ſuam? Non, ut alios eandem doceat et aperiat, ubi quidem res fert ita? Memineris Tu, Scheeli Doctiſſime, qui vel per Herodianum noſtrum dubitarent de ſerie ac ratione nectendi cogitata et enunciata. Ibi tum tacere quis editor debeat? Fortaſſis vero is, qui aeque ignarus ſit, ac qui dubitationes movent ac litem. An potius demonſtret, non eſſe, cur dubitetur aut reprehendatur, cauſam idoneam?

Et quanquam haec doctrinae pars videtur eſſe potius rhetoris, quam philologi, et eius, qui de ſenſu verborum exponit atque anquirit: tamen a philologi nomine ac munere nec iſta res ſeiungi poteſt, ſi verum quaeritur, quoniam ſenſus totius loci alicuius inveſtigari ſaepenumero nequit atque explorari, niſi cognita periodi ſerie et ſtructura iuſta legitima que.

Et haec quidem valent omnia de auctore aliquo bono et claſſico, cuius ſcribendi genus ita iam eſt probatum, ita que commendatum ab idoneis iudicibus, ut nihil in eo quisquam, quod culpet, ſanus ſi ſit, habere poſſit atque proferre, ſi ab his diſcedas, quae, veluti maculas leves, humani ingenii imbecillitas ac negligentia quae-

Digitized by Google

dam vel optimo cuique allevit atque adſperſit. Ibi igitur brevis eſt Obſervatori noſtro praeceptio haec et univerſa, qualis in Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Iſocrate et Demoſthene, aliis, ut, oculis quaſi deterſis, videat, quid horum quisque hoc vel illo loco voluerit ponere, qua notione, qua ſyntaxi, qua cogitatorum ſerie, etiam forte, quid cuique exciderit caſu, aut naturae impulſu, aut vitae generis conditione, aut patriae moribus coeli que temperie, peculiare ac proprium.

Sed ain Tu, Vir Amiciſſime, non eſt aliud etiam ſcribentium genus, aliud agmen, ſaeculum aliud? Maneo hic modo in proſaicis, cum in poëtis Obſervatori, quem ſaepe commemoro, ſint alia quoque curanda plura, quae haec huius temporis diſputatiuncula non capit. Maneo adeo tantum in Herodiano meo, ex illis uno, qui auctores optimae aeque notae, ac paulo deterioris, item primarum aetatum non minus, quam poſteriorum, imitantur et ſectantur, ſed praeterea habent ſua quaedam, undecunque adſcita atque repetita.

Igitur Obſervatoris *Philologi* dico, fortaſſis et Tua e ſententia, equidem eſſe hoc, ut cernat, qualia ſint cuius que generis iſta, quae talium ſcriptorum habet unusquisque, et nominatim Herodianus quid ex auctoritate uſu que atque exemplo veterum vel recentiorum auctorum, quid ex ingenio et analogia, cum Graeca, tum Latina, quid e civitatis Romanae indole et inſtitutis, quid denique prorſus peculiare atque proprium.

Verum enimvero, ut quaedam horum faciles ad videndum reperiendum que concedunt aditus, unde exierint veluti et fluxerint, ut per Lexica et Indices, quid debeatur auctoritati vetuſtae, tum, quid moribus Romanis, per libros ſuper Antiquitatibus: ſic contra non facile expeditum que invenias negotium in caeteris.

Etenim, quantum et quam moleſtum eſt illud, ut videas, quid Herodianus dederit de proprio! Quae memoria requiritur, quam capax, quam fidelis, ut conſcius Tibi ſis dicas que, hoc aut illud nondum dictum, nondum adhibitum ab ullo! Quot ve libri conſulendi, ut cernas, neminem antea hac notione, hac rectione, verbum uſurpaſſe aliquod! In primis, cum conſtet, multos multis temporibus interiiſſe auctores, nec ad noſtram usque veniſſe aetatem, a quibus paris aevi aliquis recentior ve mutuatus ſua eſſe poſſit.

Amplectere porro mecum, Scheeli, Corculum meum, illam analogiam, ut noris, quantum ſit corpus, quam que vix animi viribus di-

Digitized by Google

metiendum omnibus. Volumus autem nomine hoc ſimilitudinem, qua finguntur nova vocabula, ſubiiciuntur vocibus notiones, et conflantur phraſes, id que aſſumendo vel eandem linguam, in qua talia fiunt, vel aliam atque peregrinam, pro lege veluti et pro exemplo forma que.

Iam, quam iterum difficile eſt ac laborioſum, cognoſcere et reperire, quae Herodianus per talem poſuerit analogiam! meminiſſe aut quaeſiviſſe, qua e Latina voce petens, ſignificationem aliquam tribuerit Graecae voci ſuae! meminiſſe aut quaeſiviſſe, quam Latinam phraſin mente reſpiciens, uſus ſit Graeca phraſi ſua!

Tamen, quam effigiem Obſervatoris utriusque propoſui ſic aliis, Te, Scheeli Praeſtantiſſime, ſumto iudice arbitro que, eam informatam animo meo gerens mecum, et ipſe ſtudui exprimere atque referre per Notas et Excurſus ad Herodianum, proferens ibi partim neceſſaria et utilia ad intelligendum ſcriptorem ipſum, partim vero et alia, obſervata illa vel ab aliis, vel a me, et pertinentia, quatenus philologiam nunc cogito praecipue, ad verborum tum notiones, tum rectiones, quae poſteriores fere complectuntur ſimul ſummam phraſium.

Quod quanta accuratione, quanta que pertinacia ac patientia fecerim, palam eſt, etiam illud, quam nemo poſtea ſecuturus ſit exemplum hoc, ſed porro alii contemturi. Faciant id per me, quibus libet.

Ego vero laetor ex animo, confectum eſſe ac profligatum laborem, dei que ſummae benevolentiae finem hunc refero cum gratiis ſummis. Te autem, Scheeli Eximie, confido venire in ſocietatem et laetitiae et pietatis. Sed, pro mercede aliqua de conceſſo ita benevole Stephano ad abſolvendum Opus, ſignifico primo Tibi in extrema parte colloquii Tecum dulciſſimi haec, *Quartum* Operis *Tomum* cum maxime agitari prelis quidem, ſed neſciri, quo ſit anno exiturus in publicum. Mole tamen videtur minor reliquis futurus, etiam propterea, quod ſatiatus ſum omni ex parte, et quod totus in Opere labor fere eſt ingratus et ſterilis.

Solabor me conſcientia recte utiliter que facti, et paucorum vere cernentium ac ſentientium plauſu, tum in longinquitate locorum atque terrarum, quibus ſeiuncti vivimus, Tuae et memoriae et amicitiae perpetuitate, quam Tibi vel palam hic rurſus obſtringo, etiam quoad votorum aſſiduitatem pro Tua Tuorum que proſperitate omnis generis.

Scripſi Plaviae Variſcorum ultimo Ianuar. cIɔIɔCCLXXXXII.

Bb. p. 394. l. 7. τρίτῃ — p. 397. l. 1. εἰς ὧν — ib. l. 30. reiicit, it. N. T. 1 Petr. 1, 11. εἰς τίνα ἢ ποῖον χρόνον λ. Sic —

Cc. p. 405. l. 4. cf. 4, 9, 11. Mox in ἕς τε diviſum A. al. v. 3, 12, 22. i. 4, 9, 11. — p. 408. l. 7. pron. reſp. — ib. l. 13. V. 6., at in pron. αὐτ. p. τῦτο 1, 8, 14. — p. 416. l. 18. tum 6, 7, 20. et 7, 1, 18. *Sylb.* —

Dd. p. 422. l. 46. αὐτὸν, τὸν —

Ee. p. 445. l. 6. cf. Ioſ. 2, 255. l. 8. Ἰουδαῖοι — ὄχλος ἂν ἄλλως μὲν, οὐ στρατιὰ, λέγοιντο, *turba* potius, *quam* exercitus, *appellandi*, Phil.

Ff. p. 459. l. 30. cf. Sall. Cat. 52, 16. *ſi* periculum *ex* illis *metuit*, et ad —

Ii. p. 497. l. 25. μέλλοντα λ. Caeterum ad diverſos caſus illos τὸ π. τῆς ἀ. forte procedit ſuppleviſſe ſubſt. μέρος. — p. 504. l. 13. cf. 4, 11, 1. 3, 12, 9. — p. 506. l. 32. e P. cf. in ἐκ. καὶ μὴ β. Abr. ad Ac. 2, 1. e. Caeterum —

Kk. p. 519. l. 34. e Tertull. — ib. l. 38. ſex. neutr. — p. 521. l. 40. illud τὸ, — p. 522. l. 31. ἑρμήσειν — p. 526. l. 28. cf. 1, 6, 6. 10. 1, 3, 2. et in — p. 527. l. 1. διηρτημένω' πειθ —

Ll. p. 532. l. 24. nec Gr. cf. 1, 15, 4. p. 641. e.) tum —

Mm. p. 550. l. ult. Noſter, variando cum 5, 1, 10. e., ſed — p. 552. l. ult. explicante, cf. in variat. 6, 1, 20. βασιλισσα εἶναι θέλουσα μόνη. — p. 557. l. 36. *conſ.*, dum et hic oppreſſum eſſe poteſt οὖν etc. — p. 559. l. 22. ad 4, 11, 3., etiam hic ut poſt γεφ. requiri poſſit οὖν etc.

Nn. p. 571. l. antep. praemiſſo, ſumto que in ὀν. acc. ellipt. pro κατ' ὀν., Quartinus ib. l. pen. αὐτοῦ, et accepto ὀν. in nominat., pendente a v. ſubſt., Quartinus — p. 574. l. 5. in Vs. Lat. exceptus, noctu —

Oo. p. 590. l. 22. εἰσὶ, et —

Qq. p. 611. l. 3. λείας — p. 624. l. 13. G. Th., ſed per variat. c. 4, 13, 19. ἐν ᾧ μόνος ἐβασίλευσεν ἄνευ τοῦ πατρὸς, in quo quidem ordine apparet, voc. μον. eſſe latioris notionis, ſed formulam ἀν. λ. anguſtioris, et prius per eam magis definiri.

Rr. p. 625. in titulo leg. Liber VII. — ib. l. 1. in textu Παλο —

Ss. p. 648. l. 27. ubi liberum P. — p. 654. l. 10. particip. Sed Bg. forſan et ſupplerit μὲν, quod quippe per ſuum adv. reddit in ſimili cauſa 8, 6, 2. ἄκοντες μὲν, ἔφερον δὲ, it. in ſyn. ἀσχάλλων μὲν — ὅμως δὲ λ. 1, 9, 22. et δεδιὼς μὲν — ὅμως δὲ λ. 1, 13, 13. Tum —

Tt. p. 661. l. 5. ὄχλου — p. 667. l. 30. cf. 7, 1, 21.) in ambiguo relinquens, quo caſu poſitum ſubſt. ὀν., nominativo, pendente a v. ſubſt., an accuſativo, per ellipſ. pr. κατὰ, mutans —

Yy. p. 705. l. 1. κατακριθεῖσι, τοὺς — p. 707. l. 38. cf. 7, 1, 21. ſq. ibi que in Bg. dat. nominis propr., 4, 13, — p. 720. l. 6. προυχώρησεν, ὡς —

Zz. p. 736. l. 29. ſed (tamen ap. Corſin. v. Exc. et) in —

Aaa. p. 743. l. 3. ὠμῶς — p. 752. l. 5. ὑμετέρας ἐν — p. 753. l. 20. *gloria*" unde et comma Stp. al. poſt ὅπλ. ſuſtuli, (quod deterius poſt ὑμετερ. ab operis poſitum deleri oportet,) qui —

Ccc. p. 769. l. 3. intra textum et Vs. Lat. adde §. numerum 19.

Ddd. p. 787. l. 12. ceruſſam, (poteſt que, non expleto illo v. ἦσαν, per ſe capi particip. ταρ., et reſolvi per particulam Lat. *etſi* ſ. *quanquam*, cogitato inſuper commate poſt Καρχ., ut cumulentur iterum particip. ſine copula, in hanc rationem et Vs., *et* Carthaginienſes, *quan-*

quam et ipſi *territi* iſto nuncio, *tamen*, quoniam *putarent*, in *multitudine* turbae, *non* in *bono* ordine *exercitus*, ſpem *firmam* victoriae *ſitam* eſſe, *populus* omnis ſ. *omnino* omnes *exeunt*,) dum — p. 794. in titulo Liber VII. — ib. l. 43. ſ. antep. Pol., ad quae, tacente L. Boſ., etiam varia ellipſis aſſumi poteſt, nec modo illius ſubſt. ἔργον, in L. Ern., ſed quoque aliorum, ὄργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος, it. χρῆμα et πρᾶγμα, cum proprie videatur eſſe adi. Caeterum —

Fff. p. 817. l. 12. ὡς μὴ, παρ' —

Ggg. p. 839. l. 43. Ms. Caeterum et hic init. §. deſit οὖν etc.

Hhh. p. 852. l. 17. ὀνομαζόμενος —

Iii. p. 873. l. 7. cf. Liban. ep. p. 40. e. σὺ δ' ὅτι μὲν ἀπηλλάγης ποτὲ τοῦ τάφου τῆς γυναικὸς, ἐπαινῶ, tu *vero* cum *aliquando* a *ſepulcro* uxoris *abſceſſeris*, laudi *aliquid* tuae *dabo*, immo *tu* vero *quod* quidem *diſceſſeris* tandem *aliquando* a *ſep.* uxoris, *laudo*. Fecit enim iam id, ut ex ſq. patet, ὅτε παρεκάθου τῷ τάφῳ, it. τὸν μὲν τόπον ἀφεῖναι, quae eſt explic. v. ἀπαλλ.

Mmm. p. 914. l. 4. in verſ. facturas.

Nnn. p. 933. l. 15. Schell. Caeterum, quam copulam τὲ, ſervatam a Ms. Ba. diſerte, ſed a rel. tacite, tum a P. mutatam libere in δὲ, omiſit Bg., eam reſtituemus olim per ſeveram, *vicini* que *praeſertim*.

Ooo. p. 947. l. 10. hic cum illo ipſo αὐτοὺς, quod pertinet ad Aquileienſes, ut §. pr. εἰ ἀ. πεισ. αὐτοὺς, tum αὐτὸν, —

Qqq. p. 983. l. 7. τάφρος λ. Caeterum et hic ſumas enallagen caſus in *praep. cum dat. pro acc.* cf. 5, 5, 18. p. 157. m.

Sss. p. 1009. l. 3. φερομένη —

Ttt. p. 1028. l. 5. A. al. cf. 8, 3, 5. *r*) — p. 1036. *l.* 35. etiam in ſervato μον. (quod vertit per adv., cum et haberi aeque poſſit p. adi.) et in v. — p. 1037. l. 37. dialecticam, (praeter quam et alia haec tardius ſuccurrit, in Ind. poſita iam tamen, ut, facto etiam commate poſt τελ., id particip. referretur ad poſtr. membrum et v. ἀπερρ. ἐς τ. π., per hanc Vs., nam *et* Aquileienſes *eos*, qui *in* urbe *morerentur*, cum *neſcirent*, quomodo *ſepelirent* ipſos, *in* fluvium *abiiciebant*, ubi praeterea modo ad v. θαψ. explevi pron. αὐτοὺς,) ſeverior —

Xxx. p. 1057. l. 28. *omnia* (ſc. neceſſaria, τὰ ἐπιτήδεια, ut mox adiicitur, it. §. pr.) abunde — p. 1068. l. 20. cogitandus; niſi ſexus maſc. pro communi cum ſubſt. fem., ut alibi, ſumatur, *ut* omnibus *conſpicuum eſſet*, cf. l. l. In —

Yyy. p. 1084. l. 23. rectius, quam ante) — ib. l. 31. ein *verehrungswürdiges* —

Aaaa. p. 1106. l. 43. Denique ſubiicere placuit adhuc aliam emendationem, quae per ſe leniſſima, μή τινι — ἀποζωσθεῖεν ἐκείνοις, καὶ, ὥστε παρόντες, ἐρρ. ὑποκ. ne *quo* dolo *exarmarentur* ab iſtis, *et* iſti, *ut* praeſentes, *fac.* ſubſtituerentur *ſibi*; ubi paſſ. ἀπ. c. dat. perſ., p. ὑπ' ἐκείνων, et in ſqq. bis expleta pron. — p. 1112. l. 20. Lucan., cf. ap. Liv. 1, 14. i. ob *infidam* ſocietatem *regni*, et 1, 17. i. certamen *regni* ac *cupido*. Denique —

Bbbb. p. 1128. l. 43. quomodo? Caeterum, quem ignorat Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 866., libellum Chriſt. Gottl. Schwarz., editum a. 1730., *de antiquo ritu elevandi principes inaugurandos*, non habui ad manus, ut inſpicerem, an et ille cogitaret huc. In ſqq. —

Digitized by Google

74

Digitized by Google